



CAELII AVRELI-

ANI SICCENSIS IN V LI

BROS CHRONION PRAE-

FATIO.



PRAE SCRIPTIS celerum passionū libris, tardarum placet curationes ordinare, quæ solo suprapositionis tempore superioribus similes, in lenimento uero uaria recombinatione formantur, & peritis medicinæ claræ æternâq; gloriam quarunt. Celeres enim, uel acutæ passionis etiâ sponte soluantur, & nunc fortuna, nunc natura fauente. Quo fit ut ignari homines elati sæpe medicos fugiant, cum hos

prouetus incantationibus nouis ac ligamētis adscribant, aut fortunæ, cum quoties repentino nuntio læti aut territi ægrotantes, mutatione quadâ corporis morbos excludunt, uel ea per intemperantiâ gerunt, quæ ratione occulta sibi profutura nescientes, duce desperatione committunt: In utrunq; enim faciles celeres passionis accipimus: Pelluntur enim aut fluore sudoris, aut sanguinis per nares, aut uentris. Chroniæ autē uel tardæ passionis morbi, qui iam præiudicio quodam corpora possederint, solius medici peritiâ poscunt, cum neq; natura, neq; fortuna soluantur. Podagrâ deniq; uel phthisin, aut elephantiasin, uel similes tarditate passionis resolui nulli sectarū principes meminerunt, sicut sæpe febres acutæ soluantur. Hinc deniq; Græci **ASCLEPIVM** nomen sumpsisse dixerūt, quod dura curando primus superauerit uitia. Scribentium igitur medicinam nullus ante Themisonem tardarum passionū curationes principaliter ordinauit. Alij uero has omnino tacuerunt, tanquam impossibiles iudicantes, uel incurabilium passionum: Alij Alyptarum officio transmittendas crediderūt: Alij disperse atque de alijs passionibus scribentes, ut podagra, sanguinis fluore, hydropismo, paralyti, alopecia, uel quartanis typis, ut Erasistratus & Asclepiades. Themison autem tardarum passionum III libros scripsit.

*Asclepius un-
de nomen in-
uenit.
Themison.
Alyptæ.
Erasistratus.
Asclepiades.
Thessalus.
Soranus.*

Item Thessalus secundo libro Regulari earū curationem ordinauit. Dehinc Soranus plenissime cunctarum diligentiam tradidit, atq; speciale corpus scripturæ formauit, de passione capitis initia sumēs, quod nos quoque faciendum assumimus.

A

C A E L I I

CAELII AVRELIANI SICCENSIS CHRONION LIBER PRIMVS.

CVI HAEC INSUNT.

- I De capitis passione, quam Graeci cephalæan uocant.
- II De scotomaticis.
- III De incubone.
- IIII De epilepsia.
- V De furore siue insanía, quam Graeci manian uocant.
- VI De melancholia.

DE CAPITIS PASSIONE, QVAM GRAECI CEPHALÆAN NOMINANT.

CAPVT I.

κεφαλή.



Fœmine obnoxiæ cephalææ.

ἡμικράνια.

κρόταφος.

D

κεφαλαία.

σιγούρ.

PARTE CORPORIS QVAE PATITUR passio nomen accepit: Nam cephalen Graeci caput uocauerunt. Generatur autē sæpius per frictione aut frigiditate, aut è contrario solis exustione, aut continuatione uigiliarum: sed uehementius fœminas tenet ob diligentiam capillorū. Sequitur in passione constitutos dolor uehementis capitis totius, aut dimidij, quem consueto nomine hemicraniam uocant, uel certe temporū, quē dolorē crotaphon appellant. Occupat etiam oculorum radices, & occipitium atq; colla, tendens usq; ad spinæ partes, ut cum sedere ægrotantes uoluerint uertigine adficiantur, atq; oculorū caligine cum nau

sea & fellis uomitu. Ac si passio uehementē coeperit, rubri atq; prominentes oculi fiunt, deiectis & conclusis palpebris euitantes lumen, cum lacrimarum fluore, cibi etiam iugi fastidio, & obtusione uisus, aurium tinnitu, & difficili auditu. Sequentur etiam uigilia iuges, aut frequentes, dentium dolor, & accessio nis initio sanguinis è naribus paruissimus guttarum fluor, nihil releuans. Erit igitur locandus ægrotans, si totum caput doluerit, supinus: Si autem ex parte, ea parte quæ patitur: mitigatur enim quodam blandimento straminum pars in dolore constituta. Peiorante passione sequitur uultus deprauatio, pulsus obscuritas, & omnes sensus obtusione afficiuntur. Hac passione alij celeriter atq; cum febribus: quem dolorem proprio nomine sectarū principes capitis uocauerunt. Alij tarde atq; sine febribus per interualla temporum admoniti solo dolore capitis oppressi, quam passionem ueteres cephalæan uocauerunt. Pati autem alij qui membranam cerebri dixerunt, alij eam quæ testam circumtegit, alij omnem cutem capitis, alij temporū atq; buccarum musculos, quos siagonas appellant. Nos uero aliquando istorū aliqua, secundum quod se sensus doloris extendit: aliquādo omnia, secundum quod fomenta uel accessiones passionū ordinate se ingerunt: similiter etiam sicut dimissiones atque delinimenta conuariant, &

nunc

A nunc longioras & puras, nunc angustas & sordidas accidentium malorum reli-
 quias in accessionem reliquerint. Item secundum superpositionē tempore acces-
 sionis. Item secundum quod nunc diurnas, nunc intercapedinas, interpositis
 diebus uno uel duobus, sicut quos typicos, aut periodicos appellamus, aut he-
 mitriticos, pro responsione temporum habuerint uariantes. Igitur de dolore ca-
 pitis in acutis febribus accidenti prius de febribus memorauimus; De illo ue-
 ro qui sine febribus, atq; tardus, & suæ passionis est, nunc dicemus. Cum itaq;
 adhuc paruus fuerit sensus, oportet ægrotantē iacere loco mediocriter frigido,
 atq; obscuro, paulo leuatius capite collocato, adhibito silentio, atq; corporis &
 animi requie, cum abstinentia cibi usq; ad primam diatrium. Adhibenda etiam
 articulorū leuis fricatio, cum capitis fomento ex oleo frigido atq; uiridi, uel suc-
 co quolibet admixto, qui sine percussu ualeat astringere, ut polygoni, arno-
 glossæ herbarum, aut intybi, aut portulacæ, aut rubi, quem Græci batum appel-
 lant, aut anulorum uitis, quos helicas uocant, uel uux lupinæ, aut anagallidis,
 uel sideritis herbæ, aut multæ. Hinc etiā cataplasmata adhibenda ex horum sin-
 gulis, aut admixta pulenta, uel compositum ex multis eius uirtutis medicamen-
 fronti apponendum, ut est diatheon: Si uero uehementior fuerit dolor, erit lo-
 candus ægrotans loco amplo, atq; calido mediocriter, & neq; plurimum lucido,
 ne nimius splendor officiat: Apponendæ etiam lanæ lenes, ac tenues, & limpidx
 ijdem partibus, cum iugi fomēto ex oleo dulci atq; calido. Ac si coegerit dolor
 prygmata erunt uicissim lanæ æque mollia apponēda, ex oleo calido expressa tē-
 poribus sub buccarū musculis immota. Tunc etiā uesticæ semiplenæ ex oleo ca-
 lido, uel facelli ex pollinibus calidis cōfecti, manu etiam calida, atq; digitis mol-
 li tactu loca dolentia contingenda, cum omni silentio ac requie ægrotantis. Si
 autem dolor ad dentes tetenderit, mulsū calidum uel oleum damus, quod in
 ore sine ullo motu contineat: nisi quis hoc horrescens in nauseam fuerit prouo-
 catus. At si uehementius dolor conualuerit, & maiora exegerit, diu etiam per-
 mittentibus uiribus in ipsa diatriu, uel ante ipsam sanguis erit detrahendus,
 phlebotomia scilicet: sed totum caput dolentibus, ex eo brachio quod facilius
 fuerit detractio faciēda. Ac si altera pars capitis doluerit, ex eius contraria de-
 tractionem faciemus, quo longius adiutorij commotio à parte patienti remota
 uideatur. Tunc os colluere permittimus, & aquæ calidæ potum damus. In ipsa
 uero diatriu unctionem adhibemus ex oleo dulci atq; calido. Tunc faciemus
 foueri faciem ex aqua scilicet calida. Dehinc potum atq; cibum damus, ut est pa-
 nis aquæ calidæ elutione purgatus, quo difficultate deposita politus fiat. Vel cer-
 te aliqua similiter fiant, aut cum mulsâ mediocriter cocta, aut ex panis pulcicula
 confecta, quam torineton Græci uocant, cum paruissimo anetho, aqua, sale, &
 melle; item oua sorbilia: Quæ quidem cibatō erit alternis diebus adhibenda do-
 nec dolores declinent. At si passio durauerit, erit tendendus æger usq; ad cutem.
 Hinc etiam patientes partes leuantur, cum ex alto reflatō quædam uiarum nu-
 ditate permittitur, & localibus interea adiutorijs præparantur. Tunc nouacula
 radendum caput, atq; cataplasmatibus, & leui cucurbita in accessione, sine sca-
 rificatione autem & dimissione releuandum, ex illis scilicet partibus quæ plus
 patiuntur, uel fortiore dolore uexantur. Atq; ita sanguisugæ apponendæ, quas
 hirudines appellamus, & magis si locorum inæqualitas cucurbitæ non fuerit ca-
 pax, quo inharere minime possit. Tunc uaporationes spongiarum ex aqua ca-
 lida expressarum adhibendæ, uel calida aut oleo, aut decoctione hybici, quam
 altean uocant. Ac si uenter non fecerit officium plurimis diebus, tunc calidæ &

Diurnas dixit
 pro cōtinuas.

Τυπικοί.
 Περιοδικοί.
 Ημιτριταικοί.

Διάρητος.

Πολύγονο.

Βάτος.

Ελίξ.

Diatheon.

Πτύματα.

*


A tibus. Tunc oralauanda, atque articuli fouendi, uel lauacrum per interualla dierum adhibendum. Deposita autem corporis turbatione erit aqua præpotandus ægrotus. Tunc cibum sumere succi facilioris, id est, mediæ materiæ, quam mesen hylen uocant Græci. Dandum etiam uinum tenue paruum. Sed eo tempore quo cibamus adhibenda quoque animi laxatio, quam diachysin uocant: Quæ fiet aut ludicris rebus, aut ioculari facetiâ, quæ singula artis moderatione adhibita, cyclorum ductu augeri atque minui debent: prædatio initio, cui perfectio consummata respondeat. Est autem resumptiuu cycli ordinatio formanda hoc modo: Prima die paruo cibo atque aqua nutritus ægrotans, uel si ferre ualuerit, ab omni nutrimento abstentus, alia die leui motu erit exercendus, atque oleo perungendus; tunc & cibo nutriendus, id est, totam accipiat partem solitæ quantitatis, quam facile percipere atque digerere solebat. Sed panem dabimus limpidum, fermentatum: pulmentum autem oua, uel holerum betas, aut cucurbitas, uel maluas aut lapathos, aut bulbos, uel pisces teneros, ut sunt scari: & auículas, ut sunt turdi, aselli, iulidæ, ficedulæ; uel cerebrum porcinum aut hædinum. In hac perseverantes qualitate atque quantitate duobus uel tribus diebus, iuxta uirium possibilitatem, quo neque parua dando debilitentur, neque adiectionibus perturbati opprimantur. Tunc detractæ partis partem tertiam adijcientes, pulmentum damus turdorum, ficedularum, aut ex pullis columbarum uel gallinarum. Tunc rursus post tres uel quatuor dies aliam tertiam partem panis adijciemus, & agrestia dabimus pulmenta, ut leporis, aut capræ: Atque ita æquali numero dierum peracto, ultimam partem panis addemus: pulmentum dabimus porcinum tenerum ex aqua, uel non curiose conditum ex anetho & sale. Præterea simili modo erit etiam uini faciendâ partitio, atque per singulas pulmentorum mutationes adiectio: ac si plus ægrotans bibere quam damus uoluerit, aquamumat. Simili modo etiam gestatio, atque exercitium, siue motus erit augendus aut minuendus, ad comparationem quantitatis ciborum. Perfecto resumptiuo cyclo erit metafyncriticus adhibendus, primo ex parte, dehinc perfectus. Est enim passio facilis in motu, & natura caput iniurijs aptissimum: siquidem non facile rerum repentinas perferat mutationes. Prima igitur die erit cibo abstinentus ægrotans, tunc alia die parua adhibita gestatione, atque unctio corporis, uel si passio permiserit, lauacro. Rursus panis dabimus partem solitæ quantitatis, quam ante initium curæ facile accipere atque perferre solebat. Pulmentum dabimus salsum, assum, uel coctum, dabimus etiam cappares sinapi madidatas, atque oliuas ex uiridi nouitate messas, quas colimbadas uocant, præcauentes ea quæ facile caput implent atque grauant, ut est porrum, allium, cepe. Potum dabimus uinum, & si perferre uoluerit æger, in iisdem duobus uel tribus perseverabimus diebus: sin minus, secunda die balsamentis admiscemus cerebrum uel piscem. Tunc sequenti die panis detracti partem tertiam addemus, pulmentum damus, holus, cerebrum, piscem tenerum, hoc tribus uel quatuor seruantes diebus. Tunc rursus aliam tertiam partem panis addentes, transimus ex mediæ qualitatis materia ad uolantum qualitatem, atque in eadem simili dierum numero perseverantes, ultimam partem panis addemus: pulmentum dabimus porcine carnis. Sed si multas mutationes facere uoluerimus, in quatuor partes medietatem panis diuidimus, ut singulas singulis mutationum pulmentis adijciamus; hoc est, unâ mediæ qualitatis materiæ applicantes, aliam uolantum, aliam agrestium, aliam

Μίση βλα-
 θυμοῦ διάχυ-
 σις.
 Prædationem
 cibi abstracti-
 onem uocat.

λάμβανει.

ἰσχυροὶ μετακρί-
 νητικόν.

Colimbades.



A gentes densitatem corporis iunxerunt. Est igitur, ut dicimus, cibo abstinendus, ne sumpta corrumpat ex corporis remanente torpore post agitationem uomitus atque feruorem: quippe cum sæpe manentibus in stomacho squamulis uel folliculis radicum, requie superaddita, atque cibo nouo commixto, eius necessario faciunt corruptionem: ex qua consequenter caput impletum, etiam si sua passione præuexatum non fuerit, necessario constrictum grauescit, cum ex illa putredine corruptionis exhalationes ascensu quodam caput obsidunt. Sicut enim Themison ait, est natura caput carnis pauperum & neruofum, & duris cutibus & capillis obiectum, & spiramentis difficilibus natura: tum sensibus quoque uniuersis formatum, insidens corporibus, atque accipiens eorum cunctas exhalationes, cum spiritus naturaliter superna petens ex inferioribus trahit corpora caper arteriam atque stomachum, quæ sunt corporis ueluti maiora fumaría. De hinc alia die lauacro utemur, atque pulmento mediæ qualitatís: Tunc post duos uel tres dies cæteras cycli partes adhibemus. Ac si radices loci aut temporis causa defuerint, adfectandus ordine supradicto uomitus ex granis sinapis madidati, uel ex liquido sinapi potio, aut mulso ex aceto & pipere confecto, uel cardamomo, aut eruce semine, aut decoctione thymi, uel origani, aut hyssopi, aut falfamenti, & multis ossibus, cum aceto, uel mulso ex aceto. Tunc profectu cedente, atque limpido lenimento perspecto, præsumpto etiam ægrotanti in grauescentem perferre nunc uomitum, nunc drimyphagian, audemus integrum atque perfectum cyclum metasyncriticum adhibere, ut initium à uomitu sumentes, drimyphagian iungamus, ac deinde per cæteras cycli materias decurramus. Ordinantes præterea etiam localia adiutoria, quorum prima sunt adhibenda leuiora, & quæ longe remotis partibus admota transmissa patientibus ingerant curationem, tunc etiam uehementiora. Erit igitur radendum caput, nunc pro capillatura, nunc contra capillaturam, donec cutis rubore adficiatur: Ac deinde in balneo nitri puluere aspergi, & confricari paulo antequam in solium descendat ægrotans. Tunc etiam paroptesis adhibenda erit ex carbonibus æquali uapore medentibus, Alia etiam die cucurbitæ infingendæ plurimæ cum flâma, & primo dorso atque ceruici, uel cæteris neruis, quos tenontas appellant: tunc capiti. Quæ quidem capiti erunt magno raptu detrahendæ: Dehinc dropax adhibendus, primo cruribus, tunc thoraci, & dorso, ex primo ceruicis sphondylo usque ad clunes, uel earum ultimum sphondylum: Plurimi etenim nerui inferiora quæque communi natura complexi iisdem paria faciunt superiora. Tunc partium propungentibus pilis capitis, atque buccarum, uel temporum musculis, quos siagonas appellant, collo uel mento cum subiectis gutturis, quæ ante rumam uocant, dropacem apponemus. Sed ne cæteri corporis partes nudæ interea perfrigescant, erunt à duobus ministris mediocriter unctione fricandæ, atque ita cum dropacem detraxerimus, totum perungi corpus oportebit. Ipso quoque capite manu leuiter pertractato, & lauacro dabimus ægrotantem. Hijs itaque adiutorijs relaxatis, atque lentescentibus capitis partibus, uocis quoque exercitium adhibemus, quod Græci anaphonesin uocant. Tunc frequentius sinapismum, ac deinde ptarmicum utile est. Plurimum denique prodest post deambulationem sinapi adhibitum in gargarismum, madidatum prius quàm lauacro ager utatur, uel aridum, ac masticatum, ac deinde aqua calida sumpta, & in ore paulisper retenta, uel piper cum melle. Non quidem hæc humoris, siue phlegmatis detrahendi

Pauperum di
au pro carens

παρίησις.

τίοντες.

δρώαξ.

σφόνδυλοι.

αναφώνησις.

σιναπισμός.

πταρμικόν.

γάργαρας.

A + trahendi

A nibus, & longa per maria nauigatione: Etenim fluminales uel portuosæ, atque stagni nauigationes incongruæ iudicantur, humectantes caput in frigidant exhalatione terrena: maritimæ uero latenter atque sensim corpus aperiunt, & salta proprietatis causa corpus adurunt, atque eius habitum quadam mutatione reficiunt: Affectandus etiam in aëres teneros atque aquilonios transitus, uel contrarios hijs qui passionem asperare ualent. Adhibenda præterea animi laxatio, & magis post cibum: Omnis enim mentis intentio caput implet. Hæc est secundum Methodicos ordinata curatio. Plurimi autem diuersarum sectarum principes fomenta probauerunt ex oleo rosaceo, atque aceto, & ruta, & herpyllo, peucedano, castoreo, sylphio, atque semine herbæ quam agnon appellant, samfucio, hederarum coma: ex quibus in accessione caput impletum augmentis asperrimis agitatum atque grauatum totius passionis duplicat modum: Est enim supradictarum materiarum repercutibilis usus, & eo adhibitus tempore, quo mitigatio conuenire perspicitur. Utuntur etiam purgatiuis medicaminibus, quæ catartica uocantur, hoc est, uentrem deducuntibus, ex quibus stomachus inficitur, & omnis neruositas uitatur. Item arteriotomiam probant, & usturam ex cauterijs ferratis, duorum digitorum spatium super ipsas uenulas effectam. Tunc longo tempore uulnerationis seruata ferri materia purulenta, ex alto atque superficie passionem releuare promittunt: quod nos in accessione noxium atque exitiale iudicamus ob uehementiam motus. In lenimento uero inutile atque adiutoriorum medelæ contrarium, siquidem prohibeat eorum beneficia penetrare: Non enim fricationes uel cucurbitæ, uel dropaces, aut sinapismi, aut ptarmicæ, aut cataclysmi, quos nos aquarum illisiones appellamus, uulneratis locis adhiberi aut perferri apertissime possunt. Utuntur etiam frigido lauacro, quod Græci psychrolusian appellant, quod necessariò neruos indurat, ac congelare consueuit ob densatione cutis ac totius corporis. Utuntur etiam locali uenarum diuisura, ex qua patientes partes implentur. Dant quoque mastichen mastilandam, ex quo in passione constituta densatus constrictiua uirtutis cassatur*. Itē Themison primo libro tardarum passionum, quas chronias uocant, phlebotomat atque constrictiuis fomentis utitur ad laxamentum phlebotomiæ, frustratus errore sequenti ex fomentis incongruis. Item imminente augmento duas præcauens horas unctiōnes adhibet acerrimas, & durissimam fricationem atque constrictionem articulorum, tunc sinapismum adhibet ultimis membrorum partibus, siue summitatibus articulorum, ob auertendam materiam. Plurimas etiam fronti sanguifugas apponit, atque humeris & temporibus capitis, quod est contra sectæ rigorem. Affectandam igitur corporis laxationem, non auersionem materiæ eius dicimus: quippe cum non concurrat, neque conueniat quod faciendum putat, ut eodem tempore articulorum constrictione, & sanguifugarum appositione utamur præseruatis horis duabus, antequam passionis implicent augmenta, cum illo tempore sit requies adhibenda, & sæpe contingat, ut præueniens corpori occupato queiela accessionem denuntians, ipsum quoque tempus quod elegisse uideretur, turbare noscatur: sitque nocens appositio sanguifugarum, ex quibus perfricatio atque commotio, uel ex earum morsibus amentia, aut si aliquid sanguinem detrahunt grauis ægros uexatio consequitur. Probat etiam apponenda malagmata dolori contraria quæ anodyna uocantur, uel castoreum, aut rutam, aut sphondylion herbam, cum cerotario ex oleo rosaceo atque pice liquida confecto. Ex iisdem iugiter iubet odorem capere ægrotantem omnifariam caput implens: atque ita si dolores, inquit, mitigati non fuerint, ex calidis rebus frigidæ

Maritima nauigatio.

Αγνος.

Καταρτικα.

† Ferratis

Αρτηριοτομία
Καυτηρια.

Ψυχρολουσία.

Themison.

Μαλαγματα ανόδυνα.

A etiologumenos Soranus appellauit, plenissime explicauit. Ista igitur passione ^{αιτιολογημένοι} possessos sequitur corporis tardissimus motus atq; torpor, & magis per somniū ^{libri Sorani.} grauedo atque pressura, & ueluti praefocatio qua sibi quenquam irruisse repente existiment, qui sensibus oppressis corpus exanimet, neq; clamare permittat. Quo fit ut saepe erumpentes non articulata, sed confusa uoce exclament. Quidam deniq; ita inanibus adficiuntur uisis, ut & se uidere credant irruentem sibi, & usum turpissimae libidinis persuadentem: cuius si digitos apprehendere nixi fuerint fugatum existiment. Tunc cum somno surrexerint, faciem atq; transformationis partes uidas & humectas sentiunt, attestante grauedine ceruicis, cum tussicula leui molli stimulatione commota. Plurimū autem possessis accidit pallor, & corporis tenuitas, quippe cum somnum timendo non capiant. Apparet igitur stricturae passio ex [†] grauedine, tarda autē ex temporis tractu, & non semper sine periculo salutis: Cum enim uehemēter impresserit praefocatio quosdam ^{† aliās: ex grauedine} interficit. Memorat deniq; Silimachus Hippocratis sectator, contagione qua ^{tarda, aut} plurimos ex ista passione ueluti lue apud urbem Romam cōfectos. Quae propter curandos oportet in cere loco lucido atq; mediocriter calido, adhibita re-
 quie animi, & corporis abstinentia, usq; ad tertium diem, quem Graeci diatriton uocauerunt. Tunc colla tegēda atq; caput, & stomacho lanis limpidis ex oleo calido praecincto, adhibenda etiā oris collutio ex potu aquae calidae. Ac si pluri-
 ma stomachi, uel capitis, uel colli fuerit querela, adhibenda phlebotomia, & post detractiōnem perunctio ex oleo calido. Tunc ora fouenda, cibus dandus simplex, succi facilioris, paruus, sobolis: & si passio perseuerauerit cataplasmata adhibēda: cucurbita quoq; nunc simplex, nunc adiūcta scarificatione ex utraq;
 B parte gutturis, quam Graeci anthereona uocant, nos rumam. Tunc uaporatio ^{ανθερωπ.} ne utendum, & alternis diebus cibus dandus. Illa uero adiutoria quae adhiben- ^{Ruma.} da diurnis erunt diebus, adhibēda, sed longe remotius à nocturno tēpore. Tunc ^{Diurnis dixit pro continuis ut supra capi- te primo.} etiā gestatio atq; uariis cibus, & lauacrum, & aquatum uinum. Illis uero par-
 tibus quas curamus erunt primo cerotaria apponenda, tunc malagmata, ut dia-
 chilon, aut diamelilotum, aut diafamfucum. Fricatio etiā capitis, & densi pe-
 ctinis capillorum decursio, suspiciones etiā siue metus imminentium somnio-
 rum auertendi procul fabularum lenitate robore adiecto. Pleriq; enim sibi fin-
 gentes uel formantes futura, uoluntarios penē causarum motus efficiunt: ac si
 passio tardauerit leuioribus admonita monitis, conuenit etiā radicum uomi-
 tus atq; drimyphagia: capitis quoq; detonsio, ac corporū usus acriorum. Item
 dropax, sic enim aut ex supradictis adiutorijs aegritudo soluetur, aut si peioraue-
 rit epilepsia necessariō sequetur.

DE EPILEPSIA. CAP: IIII.



Pilepsia uocabulum sumpsit, quod sensum atq; mentē pariter ^{επιληψία.} apprehendat. Appellatur etiā puerilis passio, siquidem in ipsis ^{Morbus sacer} abūdet aetatibus: & sacra, siue quod diuinitus putetur immissa, siue quod sacram contāmet animam, siue quod in capite fiat, quod multorum philosophorū iudicio sacrum atq; templū est par-
 tis animae in corpore nata: siue ob magnitudinē passionis; maio-
 ra enim uulgi sacra uocauit: sacrum dictū mare, sacra domus, uelut tragicus po-
 eta sacra noctē, hoc est magnā: Fit plerūq; uel nascitur ex uinolentia, aut indige-
 stione, aut cōtusione: uel ut Aesclepiades, percussu atq; diuisura membrorū quae ^{Sacra magna dicta sunt.} cerebrū tegūt, aut nimio timore. Sed eius passionis species duae esse probant: una
 quae

A inquietati, & quidam antecedentibus signis accessionem fore denuntiant: quidam sine ullo denuntiatio uo motu, quo fiet ut magis periclitentur: Alij enim prænoscens futura, motibus solitis admoniti, in domibus se continendo tutantur, accessionē præuenientes: quam cum sentiunt propinquare, eligunt locos quibus tutò, ac sine ulla turpitudine iactentur. Alij uero istorum ignari publicis in locis cadendo foedantur. Adiunctis etiam externis periculis, quæ passionis non esse uideantur, loci causa præcipites dati aut in flumina uel mare, cadentes aut in balneis uentris solutione coacti. Signa autem sunt post lenimentum futuræ rursus accessionis, ex quibus affici in passione uenturos memorauimus, somnus turbatus, uel cibi corruptio sine ulla manifesta causa. Item ueretri sine ratione tentigo, & Veneris appetentia, uel seminis per somnum iactus, quæ onirogonon Græci uocant: iracundia, mœstitudo, & cætera quæ nuper posuimus. Item segnitias cum pigro motu in officia solita, & grauatio cum quodam somnifico mœrore uultus, decolor atq; † maior inflatio, oculorum quoq; ueluti † *manuum* deprauatio, cum deiecto quodam uisu: Nam suspicere difficile est ægrotati, hoc est aërem supernum attendere. Quod si tentauerint, facile rursus abducti uicinas quoque oculorum partes ad inferiora conuertunt. Vel si repentino motu caput in alteram conuerterint partem, uertiginem sentient cum tremore atq; torpore, cum digitorum contractu uel dolore, aut crurum grauedine, & summitate manuum uel pedum. Ex quibus multis uel cunctis interrogatione acceptis passionē dicere poterimus, nisi præsentibus in accessione facilius nobis cognitio fuerit declarata, uel ætatis, aut aliquolibet causa æger sua narrare non potuerit accidentia, quæ supradicta ratione apprehendere poterimus, & accessionem futuram prænosceret: conijcens etiam temporum responsionē, quanquam summam accessionum ordo sæpe seruetur. Communiter autem hæc passio frequēs est in pueris, & magis tempore quo dentium natiuitates habentur. Accidit etiã primæ uis, atq; medijs ætatibus: senibus uero difficile: nam uehementius afficit proximos natiuitati infantes, quàm pueros, aut uergenti ætate atque seniores: siquidem uiribus inualidi passionū impetum tolerare non possint. Solet deniq; hæc passio pubertatis tempore, siue nouæ purgationis in fœminis, aut primæ partus quadã naturali nouitate facile detergeri corporis mutatione suffecta. Quod *Epilepsia quo discernatur à scotomatica passione.* si minime uenerit, plerunque patienti consenescit, nisi aut longo tempore natura pugnante, aut medicinæ diligentia fuerit superata. Irruit autem omnitempore corporibus, sed magis uerno. Frequenter simile pati epilepticis, & à matrice præfocata mulieri inueniuntur: siquidem non aliter sensibus priuantur, sed discernuntur quod in ultima accessionis parte per os atque nares spumarum fluore afficiantur. Hæc est passionis cuncta specialis significatio. Curationis autem adhibendæ causa erit necessariò adhibendum genus, quod sit passio stricturæ, atque uehemens, & difficulter frequentans, tarda, superpositionibus atque lenimentis uariata. Cuius quidem superpositiones nunc plurimis tempora temporibus accessionis generalia superpositionis occurrerunt. Sed quæ forte superpositiones plurimis ex accessionibus fuerint confecta, nunc quotidianos, nunc tertianos, nunc hemitriticos faciunt typos. Difficile est enim hanc passionem in continuationem uenire: siquidem præuentu mortis interueniente minime continuatio intelligi possit, & sit impossibile, iugibus diebus aut sensibus priuatū, aut motu carentē, aut diuerso raptu affectum in uita manere. Item lenimentorum aliqua pura ac limpida, aliqua turbata concurrunt: & aliqua latiora, aliqua angusta, aliqua horum mediocria. Patitur enim cõmuniter omnis

B neruositus

- A** ci cachexian uocauerunt. Erunt igitur hijs perfectis alix nutrices exhibendæ, ^{καταξία} ex quorum sano lacte infans nutriatur. Quomodo autem sanum lac, uel com- ^{Τυοκινωρ} muniter nutrices bonæ probentur, muliebribus libris, quos Græci gynecion uo- ^{Calij libri.} cant, docebimus. Interea ipse quoq; infans erit à lauacro seruandus. Tunc post tertium diem in domo locandus, & primo oleo calido, tunc oleo & aqua calida fouendus. Vitanda præterea quorum timore infantes afficiuntur, ut sæpe fictæ formidines. In ætatibus uero quæ ferre maiora adiutoria possint, accessione trās- acta erit phlebotomia adhibenda. Aliqui enim medici statim phlebotomandos probant, sicut etiā Theſſalus se uelle demonstrat. Aliqui prima diatriron seruan- ^{Theſſalus.} dum existimant, quo speculentur utrum post unam accessionem passio soluta recessisse uideatur. Sit præterea non solum inane, uerum etiā noxium phlebo- tomiam adhibere: Quippe cum prædicendum probent ex accessione secunda, utrum passio augeatur, & hoc phlebotomix exigat adiutoriū, & phlebotoma- tus cibi refectione toleretur. Alij uero discernēter aiunt hoc adiutoriij genus ad- hibendum, ut qui forte iam consueti passione afficiuntur, reseruato ordine leni- mentorum, statim accessione facta phlebotomentur. Hij autem qui in prima in- cursione passionem accipiūt, in tertium diem, siue ut Græci uocant, diatriron differantur, siquidem sit incerta accessionis recursio. Nos uero, ut Soranus do- ^{Soranus.} cuit, neq; omnes intra diatriron phlebotomamus, & magis eos qui primo incur- su passionis afficiuntur. Plurimi enim ægrotantes corrupto cibo admonentur, & est præcauendū indigestione fauciatos phlebotomare. Neq; rursus omnes in tertium diem probamus reseruandos: Cogente enim passione, nullo subiecto indigestionis obstaculo, erit arripienda phlebotomix commoditas, non solum
- B** hijs qui iam sæpe admoniti passione uidentur, sed etiā in illis qui primo inuasu affi- ciuntur. Cessante etenim accessione inesse passionē conijcimus: siquidem gene- raliter sit maligna, & frequētius tarda quàm celer, nisi adiutorijs medicinalibus destructa à corpore depellatur, aut ullo naturæ, aut fortunæ beneficio: nisi tardā- do corpus tenuerit, ut solius medicinæ diligentia possit: iudicare enim est incer- tum, utrū passio post accessionē primā inesse corpori, an soluta uideatur: siqui- dem ex occulta ueniat apprehensione caufarum, & oportet methodicū sine ulla falsitate regulas intendere curationū. Videmus deniq; phlebotomix cōuenire: ^{κοινοίτες} Nam passionales cœnotetes argui uidebuntur, si utrum passioni conueniat fue- ^{morborū.} rit dubitatum. Sed quia sola temporū quaestio flagitari præspicitur, erit conijcien- dum ante secundam passionem adhiberi posse phlebotomiam: siquidem inītiū uehementix atq; magnitudinis causa passio transcendat, ut sæpe contusio corporis, aut fractura, uel ignis uisura: stare autem nec declinare poterit passio: horū enim difficilium morborum propriū est sine ullo destructiuo adiutorio non ce- leriter temporum nequitia transire, hoc est accessionis augmentum. Sed neque propter abstinentiam cibi, quam necesse est post phlebotomiam adhibere, erit hoc adiutorium declinandum, quando corporis uires ferre ualuerint, hoc est, ut & sanguinis detractionē, & abstinentiæ tolerant. Deniq; etiā alijs passionibus affectos, ut exempli causa, synanchicos sine ulla ratione phlebotomamus. Quare sicut superius diximus, post casum rectos epilepticos cessante accessione par- uo tempore differimus, quo turbore spiritus, atq; liquidarum materiārum deposi- to tranquillentur. Erit enim speculandum, ne qua indigestio siue corruptio ci- bi subesse uideatur. Quod ita intelligere poterimus, si nauseantem uel ructan- tem fumosas exhalationes ægrum uiderimus, attestante moridicatione atq; tor- mentis, intestinoꝝq; inflatione: quæ si non fuerint, perfecte digestum iudicabi-

Cmus: Quippe cum forsitan praecipuo corpore iam dudum futuræ accessionis causa aut paruum sumpserit cibum, aut in totum abstinuerit. Sed si, ut supra dictum est, corruptus extiterit cibum, erit phlebotomia in tertium diem differenda, fouendū caput cum cæteris partibus, hijs adhibita collutione cum uini abstinentia. Tunc erunt somno dimittendi, atq; à cibo seruandi usq; ad primum diem. Sed si quicquam corruptionis ex indigestione superare uiderimus, erit per uomitum depurgandum: ac si nulla fuerit corruptionis uel indigestionis suspicio, erit statim adhibenda phlebotomia moderata detractio, ex brachio scilicet, *Asitro quæ* sed cum præcautione defectus, quem Græci lipothymian uocant: si quidem facile passionis accessionem imitetur. Tunc post phlebotomiam erit adhibendus *† cibo* potus, atq; oris collutio cum paruissimo potu, &† somno abstinendus: Ac si accessio in secundum diem durauerit, prædicto periculo eius propinquus uel ministris, atq; adiutoriorum ex ratione uenientium exitum incertū, ne nobis quicquam male gestum imputetur, si forsitan uel passionis superatus ægrotans uitam finierit, & intemporaliter nos quisquam adiutorium adhibuisse arguat, phlebotomiam adhibemus, tanquam in continuationibus paruam indulgentiam pro dimissione accipientes: Vt si exempli causa parum requieuisse agitatione seposita ægrū uiderimus, ut nullo raptu tentetur: Vel contrariò, si forte oppressis sensibus motu caruerit, aliquas partes corporis mouere uideatur, ut palpebras, quæ iam dudum motu similitudine possessæ fuerant. Dehinc post detractioem sanguinis procurata facie, ex spongia calida erit mulsum in os ægrotantis distillandum: tunc secunda die dandi mulsi cyathi duo, uel tres: Tertia uero die ante horam solitam erit perungendus oleo calido atq; dulci, toto corpore sub stramentis. Tunc defectus aqua calida ora foueat, & post æquatū corpus accipiat succum paruum, luculentū, mollem, lenem, calidum, digestibilem, ut est panis, uel alica ex aqua confecta, aut pulticula ex pane, quam torsinton uocant, ex oleo, aqua, sale, uel melle condita, ex prima diatrigo usq; ad declinationis tēpus: quod probare poterimus ex minutione accessionum siue accidentium. Alternis diebus cibum sumat, ne passione affecta neruositatis etiam illatione cibi grauata digestio nis officium sustineat, sed magis laxamentū ex abstinentia consequatur. Tunc si uenter non fecerit, uel si suum officium non impleuerit, ob detractioem grauatam quo corpus releuetur, erit iniiciendus calidæ & oleo per clysterē. Tunc præsentato uentris officio erit tondendus, atq; nouacula omnis capillatura radenda. Ita in alia diatrigo cucurbita occipitio apponenda collo, uertici & temporibus capitis, cum scarificatione, & cōmunibus cataplasmatibus utendum, quibus omne caput cum neruis maioribus, quos tenontas appellant, contegamus. Tunc buccarum musculos, quos siagonas appellant, atq; omnes inter scapulas partes cum stomacho, usq; ad locū quo discernitur uenter, quem diaphragma uocant, ac deinde præcordia, atq; uesicā simili curatione laxamus: Singula etenim passione raptus uexata accessionis tempore accipimus: ac si aliqua in parte corporis querela extiterit, cucurbita imponenda. Sed neq; coadceruatim, neq; uno tempore omnes erunt partes curandæ, sed partiliter, atq; diuerso, ut nunc stomachus, nunc uesica, nunc inter scapulam releuetur, quo necessariò caput relaxatum adquiescat. Tunc spongiæ euaporationibus, qui curationē labori sustinuerunt recuramus, atq; ungentes oleo cōmuni, siue quia iam licitū est cyprino uel irino. Tunc cerotarijs mollibus, ac deinde scarificatis locis inducta apponimus cerotaria. Conuenit etiam enuasim adhibere, de qua Adiutoriorum *Libri Adiutoriorum Cælij.* *†* libris docuimus. Dabimus cibū plurimū atq; panosum. Si aliqua in parte capitis grauedo

C & pisciū teneriora: dehinc post resumptiuū cyclum adhibendū recorporatiui, & primo ex parte, tunc perfecti, in quibus esse uomitus ex radicibus debet, uel similibus materiārum rebus, ut nuper docuimus: atq; ita drimyphagian, exinde contiguas sibi pulmentorum materiās ordinamus. Item adiutoria localia, ut exempli causa, primo capillos decurramus ex pectione, nunc pro capillatura, nunc contra capillaturam: tunc tonsuram adhibentes, dehinc nouacula caput radentes, & cucurbitas alijs atque alijs partibus recorporatiuas imponamus. Tunc tropacis raptum adhibemus, sed longe primo remotis partibus, tunc uicinis, dehinc patientibus: dantes etiam masticandum sinapi, uel piper, aut staphysagriam. Item sternutamentum ex helleboro uel asfrutio, & pipere, & castoreo, uel hijs similibus adhibemus. Nariū quoq; apophlegmatismū adijcietes, atq; frictione balnearum nitri pulueris, & cæteris sympasmatibus, quæ ruborem facere ualeant, ut sunt ex pyretro, staphysagria, adarce, euphorbio, pipere, calcis gleba, & pumice. Tunc cataplasma ex sinapi, atq; malagmata, quæ detergere & pabulis afficere corpus ualeant. Item acopa acriora, sed quæ tetri odoris non sint, toto corpore illinienda: magis tamen capiti atq; ori, conclusis palpebris: quæ immittenda sunt etiam aurium cauernis. Gargarizandum sinapi, adhibenda etiam aquarum illisio, qua patientes partes percussæ mutari cogantur, quod Græci cataclysmū appellant. Hijs deinde perfectis cyclis resumpto corpore helleborū adhibemus, sed longe superpositionis seruantes occursum. In omnibus quidē adiutorijs exercitioribus adhibendis, tunc magis in helleboro monemus præcauendū. Deniq; si nullam accessionē denuntiauerint signa, hijs qui ordine seruato admonentur, ante decem uel duodecim dies, uel generaliter pro longitudine lenimenti porrectius erit adiutoriorū regula dirigenda. In hijs uero qui ordinate admonentur, eo tempore adhibenda curatio, quo conijcere possumus medium præteritæ atq; futuræ accessionis. Sic igitur hoc genus diligentia intueudum, ut cum æger somnum decusserit, primo requiescat paululum iacens, non solum suspicans indigestionē cibi, uerum etiā donec persecutione quadam propria corporis fuerit facta digestio, ne ex uigilatione sequenti, atque laxamento membrorū, & tenuitate, uel purgatione spiritus iam dudum somno turbati atq; crassi fiant, quo etiam sæpe officia impediri noscuntur, cum nondum totum recurrens occupauerit corpus. Vnde sæpe factum est, ut experrectis hijs quæ illico intueatur fallantur, nisi perfrictis oculis intederint. Neq; clamare uel currere facile possint: si quidem uel quadam somni nunc arteria, hoc est gutturis uia, asperetur, & raucos faciat: nunc fatigata corpora densitate neruorū, irruente spiritu crassiore, afficiat percussione uel quassatione similes plagas ingerendo. Has igitur ob causas æger plurimo tempore somno deposito tardare debet, præcauens lucis autoritatem, quam mox discusso somno intueri minime potest, ne repenti nō percutiatur uisus. Item disputationibus uehementibus animū exercere declinet. Tunc resumptus atq; releuatus somni plenitudine, sub stramētis leni unctiōne tangatur semel, uel secundū corporis singulas partes laxamenti mediocris causa, atq; frigoris cautione leuem & delectabilem gestationē, ut fertoria sella, uel cathedra. Sed prohibenda erit exclamatio, si quidem uehementē moueat partes patientes. Tunc deposito turbore motus, unctiōne olei fricetur, cōductis & extentis brachijs, flexo atq; extento motu releuans singula crura commoueat, quo fortioribus motibus faciat aptiora. Fouēda etiā ora aqua calida: nunc enim erit lauacrū prohibendum, atq; ita post perunctiōnē cibum accipiat paruum, succulentum & leuem, ut oua, pultes piscis teneri, quæq; ex uolantibus paruæ ætatis

atq;

A atq; formæ, ut ficedulæ, turdi: declinans omne quod fuerit acrioris uirtutis, siue inflare ualentis, aut carnosæ, uel grauis. Quapropter etiã a uino erit abstinentus, uel per interualla ab omni cibo seruandus; Releuatur enim hoc genere corpus se iunitate reflatũ. Sin uero aliqua signa accessionis futuræ apparuerint, ut somnus turbatus, uel cibi corruptio, uel iracundia inanis, ac sineratione, item mœstitudo uel sternutamentũ, aut aurũ tinnitus, uel præ oculis scintillarũ fingibilis uisus, aut inflatio præcordiorũ, & per somnum seminis inuoluntarius iactus, quẽ onirogonon uocant, & horũ similia, non solum ad uitæ regulam transeundũ est, uerum etiã initiũ ex abstinentia sumendũ. Tunc leuis adhibendus motus, atq; perunctio, & cibus, quo corpus salutaribus officijs non deseratur. Vt enim iisdẽ ciborum regulis perseuerare tutũ non est, sic è contrario iugis immobilitas, atq; cibi abstinentia uacuato corpore solitis nutrimentis, uires extinguit futuris temporibus necessarias. Quæsitum etiam utrũ contradicentibus signis accessionẽ fore, an præsentẽ siue factam iudicemus. Sed tunc erit accessio iudicanda, quoties ceciderint in ea ægrotantes: quo discere poterimus, quo tempore diatriiti tempus sit numerandũ, ut recte possint curationes suis reddi temporibus: Nam denuntiata signa iam præsentia accessionis esse contendit. Nos uero præ tangi neruositatẽ, atq; in accessionẽ urgeri recte probamus, ut augmenti indicia tanquã præ ludere uideantur, ut sunt in hemitritaicis febribus frequẽter accessione imminente corpora præoccupata, cum noctis anxietate pulsata diei fore asperitatem significant. Ita igitur uel simili ratione præmonitus epilepticus, tanq; si accessione uexaretur, erit usq; ad primã diem abstinentus, & neq; similiter agendus, ut pridie cum fuisset in lenimento purissimo. Quapropter abstentus una die, sequẽtib; leui motu, antecedente unctio, atq; paruo cibo nutriatur, aquã bibat. Tunc si rectius habuerit, ut laudabilior sanitas appareat, augẽda oblatio cibi, alternis scilicet diebus, nunc qualitate, nunc quantitate. Tunc nisi ex omni parte signa supradicta erit rursus abstinentus una die. Sin uero fuerint expulsa uel depugnata, non erit illico reddenda ægrotanti consuetudo, tanquã nihil sit quod sollicitudini remansisse uideatur. Neq; rursus inani suspitione, tanquã iam imminētis superpositionis metuentes aduentũ, in tenui uitæ regula retinere debemus patientẽ: Vt enim oportunitas adhibita abstinentiæ futuras amputat superpositiones, atq; earũ occasiones detrahit, sic importune adhibita corpus uexat, atq; fatigatione affectũ tarde surgere facit in solitas uires. Quapropter cum summa cautione, & sine ulla nimietate seruati, blanda regula resumendi sunt ægrotantes, quo asperatas accessiones fore metuamus. Tutius autẽ esse probamus, ut supradictum est, longe ante futurã accessionẽ ad hellebori usum accedere: quo accepto si irruerit accessio, erunt omnia mitigatiua adhibenda, quæ accessionem ualent temperare: In strictura enim constitutis altioribus, hoc est stomacho & uentre, mitigatiua laxatione adhibita, etiam medicamini excludendo præparatiua, & præfocationis amputat metũ. Sin uero post purgationẽ nullum periculum subierit præfocationis, causa refectionis adhibenda resumptio est, cum hijs quæ ualeant accessionem temperare, ut odoramenta sine ullo percussu medentia, atq; nutritiua, ut est panis calidus, melo, cucumis, & hijs similia. Destillandus etiã helleborifimus, sed ex melle decoctio. Ac si in initio uomitus ex accessione emerferit, cucurbita multa cũ supposita ori uentri infigẽda, tunc sequẽti parti, secundũ quod medicamen ad inferiora teneatur, donec accessio leuigetur temperamẽtis supradictæ rationis, ne cõkursus passionis & adiutorij præfocet ægrotantẽ. Erit igitur sustollendus ægrotas subiectione manuũ ex utraq; alarũ parte cũ capitis

B 4 susten

A sectarū principes uaria rerum temperatione, siue experimento curationis adiu-
 toria cumularunt, caput fouentes aceto atq; oleo rosaceo puro, uel immixto ca-
 storeo, in accessione frigidis utentes: Articulos quoq; omnes ligatione constrin-
 gentes, sternutamento commoto ex aceto, naribus interius flato cum sinapi
 uel castoreo oleo irino infuso cum calchanto, uel sulphure uiuo, aut astrutio in-
 censo, uel hijs quæ ad matricis præfociones incendenda posuerunt. Item hys-
 sopum & origanum, & thymum, uel ignis flammam oculis offerentes, cum titil-
 latu quodam & oppressione præcordiorum ad inferiores partes. Iubent præte-
 rea motum corporis adhibere, gestationem uel deambulationē, aut supra sindo-
 nem uolitari, sinapifandas etiā manus ægrotantium atque pedes, & ante ac-
 cessionem perungi tapsia caput, & spiritū continere. Alio uero tempore, hoc est
 dimissionis, uini atq; carnis imperant abstinentiam, & magis porcinae uel bubu-
 læ, & caprinae. Prohibent præterea supra pellem caprinam dormire siue iacere
 ægrotantem; siquidem passionis faciat motum, Adhibent etiā clysterem iugē
 atque acerrimæ uirtutis, & medicamina diurnalīa, quæ diuretica uocant, atque
 purgatiua per uentrem, quæ catartica uocant, & horū magis cui nomen est hie-
 ra, quæ non erunt, inquit, tertio minus singulis mensibus offerenda. Tunc
 capitis diuisuram accuratā, quam chiasmum, dehinc scarosin uel medicamine,
 siue ignis ustura. Item terebrationē testæ, uel arteriotomiam, uel usum uenerēū,
 aut è contrario eunuchismum faciendum probantes. Dant etiā bibendum lac-
 asininum, cum sale uel sanguine testudinis marinae uel humano, aut uituli ma-
 rini; & non solum sanguinem, uerum etiam coagula quæ lacti miscentur. Item
 mandendam mustelam, sed longo desiccata tempore: & tunc corda homi-
 num atque equorum, quorum crura quasi impetigines habent, siue asinorum,
 uel mulorum. Item testes uel uertrum marini siue fluminalis cancri, & porcel-
 lionis, hoc est, animalia quæ humectis & aquosis locis sæpe nascuntur, à Græ-
 cis appellata onisci: dehinc squamulas ferri, cum aqua in qua fuerit candens fer-
 rum præinctum. Dant etiā cameli cerebrum fumo siccatum atq; concisum,
 sed infantibus uel pueris odorandum: perfectis autē ætatibus bibendum ad mo-
 dum cyathi cum mulso & aceto tribus cyathis. Similiter etiā leporis cor, & ce-
 rebrum gauia. Alij uero etiā ligamenta probauerunt, & magos adhibendos,
 atque eorum incantationes, quæ quantis sint uexationibus confertæ, etiā per
 se probantur, sicut latius Adiuutoriorum libris docuimus, nunc tamen paucis
 memorauimus. Constringens igitur fomentū, atq; terræ odoris, uel aceto & oleo
 rosaceo, & castoreo percutit & grauatur, & tumores constringit: & si, ut putant,
 materiam redarguit, abactum tamen cutibus ad cerebrum, & eius membranas
 reuocat: Et sunt hæc exteriorum comparatione magis salutaria. Præterea est ue-
 hementer noxium, frigidat caput accessionis tempore fouere: quæ enim dimissi-
 one releuata mitescunt, eadem frigida densatione magis grauantur. Item liga-
 tiones neruos densant, atq; corporis oppressio, quam fieri iubent: Defricatio in-
 temporalis, hoc est accessionis tempore geminat passiones: Accidentia enim
 si temporaliter quidem uidentur lacessitis sensibus in resumptionem uenire, to-
 tam tamen passionem peiorant, non aliter quàm si quisquam turbatos oculos
 manutigio, quod Græci chirapsiam uocant, temporaliter fricando releuare ui-
 deatur. Item non aliter sternutamenta medicaminibus commota accessioni nõ
 conuenire probamus: Quippe cum neq; in linimento passionis constitutos hoc
 adiutorio facile inquietare liceat: nisi certo regulæ ductu præparatos, quo ca-
 put releuetur gestatione tenui, ac deambulatione: siquidē hoc adiutorij genus
 initio

Διουρητικά
 Καταρτικά
 Ήρα

Χιασμόν
 Σκαρωσιν
 Α' σπινθηρομίαν
 Ε υιοχισμὸν

Ονίσκον

Μανutigium
 Χιραψία

manutigi

Alorum conuersione cum rubore uultus, ac deinde post effectum displicere faciat sibi met corpus cum pallore, & quadam debilitate uel mœstitudine, adeo neruos afficere male uideatur, ut sæpe imminente accessione per somnum iactu seminis ægri præpurgentur, quod Græci onirogonon uocauerunt. Item eunuchismus uires amputat, non epilepsiam soluit: Lac quoq; sumptū facile acescit, & propterea grauens epilepticos male probatum uidetur. Non aliter etiam potus sanguis testudinis, siue hominis, atq; uituli marini, & sumptio coaguli, quod Græci pityan uocant. Mustelæ quoq; siue hominum caro siccata, & equorū impetigines, uel ueretrum, atq; testes canis aquarij, uel porcellionis supra memorati, quos oniscos appellant, & aqua de squamulis siue tinctionibus ferri, & corleporis & camelī, siue gauix cerebrum male probatur: Etenim neq; ex occultis causis, quas Græci ἀδύκτους αἰτίαις uocant, rationes ducunt: Neq; ex aliqua contagione siue tentatione, ut empirici uolunt, approbata in usum uenerunt medicinx. Quippe cum intelligi, uel apprehēdi naturali aut fortuita rerum dominatione minime possit, uti hijs maxime ita insuetis atq; nouis, & odiosis generibus materiarum, quarum nihil usu grauius esse uideatur, ipsius quoq; comparatione passionis, sitq; admirandum quod de aëre atq; uigilijs, uel somno & potu, & cibo, uel hijs quæ necessariō sumuntur, nihil experimenti utile collegerint, de hijs uero ita execrandis, & crudelibus, atq; inhumanis, plerunq; etiam periculosis curationes ordinare uoluerint: Non enim sanguinē tauri potum interficere, ut Themistoclem: lac coagulātū, uel caseum coctum, aut oratorem, & imaginē recte reprobauerunt, si quisquā humanum sanguinē facere minime crediderit, quo falsō memorata à ueteribus cætera uideantur. Accusatis igitur, siue nudatis summatim ueterū curationibus, non est absurdum etiam cum nominibus errores arguere singulorum. Hippocrates de epilepsia scribens communiter ait: Quisquis in humano corpore agnouerit siccandi uel humectandi, aut frigidandi, uel calefaciendi causas, idem etiam istius passionis poterit uidere rationē, & neq; quomodo, neq; ex quibus, neq; quando uel quousq; hæc fieri debeant tradere curabit. Item Diocles libro quo de passionibus scripsit, in hijs qui ex uino, lentia, uel carnali cibo istam passionem conceperint, phlebotomiā probat, antecedentes potius quàm præsentēs intuens causas. In hijs uero qui ex corporis habitudine in istam uenerint passionē, humoris crassi detractionē probat adhibendam, quem appellauit phlegma. Vitur etiam urinalibus medicamentis, quæ diuretica uocant: item deambulatione ac gestatione. Quæ si etiā uera essent adiutoria, ob paruitatem tamen numeri & magnitudinis suæ, magnæ passioni difficile possent paria pronuntiarī, aut eius destructioni sufficere. Item libro Curationum phlebotomans utitur medicamine catapotio, quod stomachū euertit, atq; post cœnā uomitū facit, exhalationibus implens caput. Potat etiam aceto, sternutamentū commouens prius quàm in somnū ueniant ægrotantes, profecto intemporaliter cōmouet sensuales uias. Dat etiā absinthium, centaurion, & lac asininum, & equorū impetigines, uel mulorū: neq; tempus adijciens factis, & odiosis ægrotantes afficiens rebus. Praxagoras uero secundo libro Curationū caput imperat radendū, adhibens fricationes & cataplasma ex aceto sine Venere, dolentibus speciebus etiam sternutamentum commouens, & ieiunū uomitū per singulos dies, utens etiā potu lacte cum mulso atq; sale. Item deambulationibus plurimis atq; uehementi motu, celebratis & potionibus urinalibus, & cibis uarijs, & agninx carnis, siue hædinæ, atq; porcinx & catulorū, dans acetū bibendū atq; uinum, & post uomitū sternutamenta & odoramenta probans, & spiritus retentionem.

π. 742.

C. uiciorum.

Α. δ. υ. λ. ο. α. ι. τ. α. ι. α.

Ε. μ. π. σ. ι. κ. ο. ι.

Themistocles

poto sanguine

taurino mor-

tuus est.

Hippocrates.

Diocles

Vinalia me-

dicamina

δ. ι. σ. κ. τ. ι. α. α.

καταπότιον.

Praxagoras.

A vires prodicione temporis expirasse uideantur, ex quibus est Menecrates Zeo-
 phletensis. Item Tryphon, Philotimus, Chrysippus, Demarchus, & horū plu-
 rimi: Quod est nudum atq; probabile ex conscriptione curationū Apollonij Ci-
 tiensis secundo libro de epilepticis; Item Nicandri tertio libro. Themison uero
 libro primo tardarum passionum Asclepiadis erroribus: Nondum purgatur
 ante accessionem phlebotomandus, inquit, si ordo fuerit augmentorum præfer-
 uatus: Sin uero errans fuerit perspectus, post accessionem imperat phlebotomiā
 adhibendam. Modum autem detrahendi sanguinis eius approbat mutationem.
 Quæ sunt uanissimæ inuentiones: sicut libris Specialium adiutoriorū docuimus.
 Tunc si in brachijs, uel in cruribus, inquit, aliqua querela extiterit, earundē par-
 tium uenas diuidendas: Sin minus, interiorē uenā dīstringendā lino, coniiciēs
 melius esse ex partibus non patientibus sanguinis coadceruatā facere detractio-
 nē: siquidē patientes magis grauentur ob irruentē materiæ lapsum, qui detractæ
 superer modum. Tunc post phlebotomiā deambulatione utitur, & defricatio-
 ne alienis manibus adhibita, quo corporis motus conquiescat. Dat etiam cibū
 ex mediæ qualitatis materia, & nulla cogente ratione rursus sanguinem detra-
 hit. Sed si ordinem seruauerint accessiones, intra quinq; dies secundo uel tertio
 detractioē facit. De alijs quoq; multis atq; omnibus corporis partibus, & talis
 & brachijs, nil metuens defectioem, sanguinem detrahit. In lenimento uero,
 ut exempli causa xxx dierum, post accessionem helleboro utitur, post qua-
 tuor uel quinq; dies. Tunc sequenti inicit, atq; alia die adhibet lauacrum, & tri-
 bus uel quatuor diebus cæteris cursibus cyclum complet, ac deinde rursus ad-
 hibet helleborum post accessionem transactam, uel certe radicium adhibet phle-
 botomū disseccans corpus: quod erat melius ordinare ante usum hellebori, quo
 leuora maioribus præponerentur: quippe in recorporatiuis curationibus. Ad-
 hibet præterea clysterem, qui uires detrahat arotantis, & propterea sequi non
 debuerit. Supra dicta utitur etiā localibus adiutorijs, & quidem multis, pro dif-
 ferentia, & quibusdam falsissimis, ut est sub occipitio accurata diuisura, quam
 chiasmum uocari diximus: & ferro circumscripita in capite cutis ustura, qua testa
 squamulis despumatur. Item mediū testæ, quod Græci bregma appellant, tere-
 bri perforatione, & in accessione constrictione articulorum, & odoribus tetrīs
 atq; male olentibus, ex pice, atq; ex spondylīo castoreo, galbano, sinapi cum
 aceto, quæ ex ante dictis erunt protinus refellenda.

Menecrates
 Zeophle-
 tensis.
 Tryphon.
 Philotimus.
 Chrysippus.
 Demarchus.
 Apollonius Ci-
 tiensis.
 Nicander.
 Themison.

DE FVRORE SIVE INSANIA, QVAM GRAE-
 CI MANIAN VOCANT. CAP: V.

μαίμη.



Plato in Phædro duplicem furorē dixit: Vnum fieri mentis in-
 tentione, ex corporis causa uel origine: Alterum diuinū siue im-
 missum, eiusq; Apollinem inspiratorē esse, atq; nunc uocari di-
 uinationem; ab antiquis uero appellatum furorē. Magna Græ-
 corū uetustas manian appellabat, quæ nunc mantice dicta est.
 Item alium inquit ex Libero fieri patre, alium ex amore, & ap-
 pellauit eroticon: Alium ex Musis, quem appellauit protrepticum, quod carmē
 instruere uideatur. Item Stoici duplicem furorem dixerunt, sed alium insipien-
 tiæ genus, quo omnem imprudentem insanire probant: Alium ex alienatione
 mentis, & corporis compassione. Item Empedoclem sequentes alium dicūt ex
 animi purgamentō fieri, alium alienatione mentis, ex corporis causa, siue iniqui-
 tate, de quo nunc scripturi sumus: Quem Græci, siquidem magnā faciat anxie-
 tatem,

Plato.

μαίμη.

Ερωτικός.
 Προτρεπτικός.
 Stoici.

Empedocles.

C

strum crus atq; manum à serpente comestam, & literarū memoria caruisse obliuione possessum. Item melancholiam inquit speciem furoris esse nuncupandam: Nos uero ipsam quoq; discernimus à furore. Est autem insanīa siue furor nunc iugis, nunc temporis interiecti requisie leuigatus, efficiens ut ægri nunc non meminerint sui laboris, nunc obliuionē nesciant suam, & nunc omnium sensuū alienatione uexentur falsitate possessi, nec aliarum specierum errore fallantur. Sic deniq; furens alius se passērem existimauit, alius gallum gallinaceum, alius fictilem, alius laterem, alius deum, alius oratorem, alius tragœdum uel comœdum, alius stipulam ferens mundi se censum tenere, alius se sustentandum manu poscebat, uagiens ut infans. Horum plurimis accessionis tempore oculi sanguinolenti fiunt atq; attentī. Accidunt etiam uigiliæ iuges, uenarum extensio, genarum rubor, corporis durties, atq; aliena fortitudo. Patitur autem omnis neruositās, ut ex hijs quæ sequuntur uel accidunt conijcere poterimus, magis tamen caput: Etenim antecedentes plurimæ querelæ eius partis existunt, cum grauedine atq; dolore afficiuntur, singulis quoq; sensibus patientibus, quos in capite nouimus constitutos: & præterea passio magna atq; tardissima superpositiōnibus ac lenimentis uariata, ex constrictione confecta: Etenim hijs qui Mnaseam sectantes alium putant, ad quiescendum non est, suspicantibus eum furem, qui hilaritate affecerit ægrotantes, solutionis appellandum. Falluntur etenim nominis uoce: siquidem Græci diachisin animi laxationem dixerunt, siue diffusionem, cum hoc animi, non corporis ostendat qualitatem: Nam quod omnis furens strictura afficiatur manifestum atq; probabile est ex oculis sanguinolentis, qui in lato constitutā stricturam denuntiant, Item quod ipsos oculos atq; uenas in uultu extatiores habeat, totius corporis attestante durtiā, cum fortitudine præter naturam adueniente obstricturæ consensum: deniq; lenimenti tempore fatigatos se sentiunt ægrotantes. Est item coniectura faciēda ex hijs quæ mentis alienationē præcedunt, ut capitis grauedo uel dolor, & tardus membrorum motus, spinæ uel scapularum, uentris inflatio. Peccant deniq; etiam hij qui animæ passionem principaliter, dehinc corporis esse concipiunt, cum neque quisquam philosophorum eius tradiderit curationem, & antequam mente falluntur accidentia substantia corporis habere uideatur. Hæc sunt quæ ad apprehendendum uel discernendum morbum methodus ordinauit. Curationē uero similem epilepticis accipimus adhibendam. Etenim principio conuenit iacere loco mediocriter lucido atq; calido, & nullo turbore pulsato: nulla quoq; picturæ distinctione, neq; fenestris humilibus luminato, neq; in superioribus potius quam in solo: pleriq; enim furore correpti sese præcipites dederunt. Est etiam lectus firmissime, atq; auersus ingressum cubiculi locandus, quo ingredienti minime uideant ægrotantes, ne uultus uarietate laceffiti furoris augeant uanitatem. Stramina præterea mollia sunt approbanda cum defricatione ac retentione articulorum, blando scilicet tactu: Et si qua pars corporis saltu fuerit agitata tepidis uaporationibus erit mitiganda, appositis lanis mollibus ac limpidis, atque capiti, collo, & thoraci circulatim: Fetus quoq; adhibendus olei calidi, admixto aliquando mitigatiuæ uirtutis causa scœnigræci liquore, & eius decoctione confecto, sed minime pingui, uel certe hibisci infusione aut lini seminis: Tunc oris collutio, atq; potus ex aqua calida. Erunt præterea multorū ingressus prohibendi, & maxime ignotorū. Mandandum quoq; ministris, ut eorum errores quodā consensu accipientes corrigant, ne aut omnibus cōsentiendo augeant furorem, eorum uisa confirmantes, aut rursum repugnando asperent passionis augmentum,

Μηλαρχολία.

Μνάσεας.

Διάχυσις.

A afflicunt quàm corporis immodicæ gestationes. Item post lectionem aliqua cõposita uel mimica sunt offerenda, si mœstitudine furentes laborent, aut rursum tristitiam uel tragicum timorẽ habentia, si puerili luxu furentes afficiantur. Oportet enim contrarietate quadam alienationis corrigere qualitatem, quo animi quoq; habitus sanitatis mediocritatem agnoscat. Tunc proficiente curatione erunt pro possibilitate meditationes adhibendæ, uel disputationes: sed nunc quoq; similiter ordinatæ, ut principia leui uoce promantur: narratio uero & demonstrationes extenta atq; maiore; tunc epilodus dimissa & indulgenti, sicut hij qui de exercenda uoce, quam Græci anaphonesin uocant, tradiderunt. Adhibendi deniq; auditores sunt ægrotanti consueti, qui fauore quodam atq; laude dicta prosequentes dicentis animum laxent: Etenim iucunda exercitamenta corporis adiuuant sanitatem. Tunc post meditationẽ uel disputationẽ † deducendus mox est, atque perungendus leuiter ægrotans, & deambulatione leui mouendus: Et autem qui literas nesciat immitẽdæ quæstiones erunt, quæ sint eius artis propriæ, ut rustico rusticationis, gubernatori nauigationis: ac si ex omni parte iners fuerit curandus, erunt uulgaria quædam quæstionibus tradenda, uel calculatorum ludus: Habet enim quiddam quod animum exercent, & magis si peritior ægrotanti colludat. Tunc post requiem adhibita deambulatione erunt diligentius perungendi: & primo parua atq; simplici defricatione mulcendi, dehinc profectu apparẽte etiã de uexo ductu post humeros atq; colla defricatione potiore, & leui deductione, quam Græci catapasmon uocant: ultimo fricandũ etiam caput, quod fuerit releuatum, lauacrum erit adhibendum: & sicut de epilepticis dictum est, uarius dandus cibus in hibito uino. Tunc addendum quicquid pomorum, quo corpus prætentemus: Dehinc uinum dandum tenue, leue atq; paruum medio cibi tempore: & primo inter quinque dies, tunc inter quatuor, dehinc inter tres atq; duos: item alternis diebus: Ita quotidie interiecta uel uariata aquæ potatione eodem contrario ductu quo uinũ uariabamus. Tunc cum nulla coeperit æger nouitate seruari, & perferre singula didicerit, erunt addendæ æris mutationes. Et si quidem philosophorũ disputationes audire uoluerint, erunt adhibendæ: Etenim timorem, uel mœstitudinẽ, aut iracundiam suis amputant dictis, ex quibus non paruus profectus corpori cõmodatur: ac si passio permanferit, & corpus tarditate possederit, su perpositionibus ac lenimentis uarianda erunt, & superpositiones mitigandæ eisdem adiutorijs, quæ initio furentibus sunt ordinata. In lenimento uero prius adhibendus resumptiuus cyclus per uariam gestationem, atq; uocis exercitiũ musico monitore compositum. Tunc deambulatio atq; gestatio, & cibus uarius, & hijs similia: secundo recorporatiuus, sicut superius docuimus. Utendum etiam localibus adiutorijs, hoc est, cucurbitis recorporatiuis, & rafone capillorum: item sternutamento, & dropace communi, atq; † composito ex nitro, galbano, manna, piretro, euphorbio & pipere: tunc paroptesi atq; cataclysmo, & aspergine pulueris nitrei. Torrendum etiam corpus feruore solis, præfecto capite: dehinc sinapismo & exercitio uario ac uehementi. Sed hæc omnia cum adhibentur etiam localibus adiutorijs prius erunt prætangendæ ac renouandæ, longe remouendæ à patiẽtibus partibus. Tunc secundæ ac uicinæ, dehinc ipsæ: etenim quoties longe remota præmouentur transmissa commoditas sine partium curandarum commotione latenter aduenit, & nullam facit capitis inflationem. Dehinc adhibendus uomitus ex albo helleboro radicibus inserto: Et magis si quisquam ex radice pura noluerit digitis uomitum prouocare: Fit enim ut inserto helleboro sponte uomitus nascatur, Tunc

Lectiones
μικραι.

Αναφώνησις.

† deducenda
uox est,

Ludus calculi
lorum.

Καταπάσμον.

† compositio
παράφρωνις.
κατακλυσμός.

Aiunt coërcendos, ut quasi iudicio mentis pulso resipiant, cum magis tumentia exde lacessendo faciant asperiora, & adueniente lenimento passionis cum sensum recipiunt plagarum dolore uexentur. Vel certe sic ut ratio poscit uicinis magis ac patientibus locis adiutoria sunt adhibenda: coguntur ergo ut ori uel capiti plagas imponant. Utuntur etiam decantationibus tibiarum uaria modulatione: quarum alteram phrygiam uocant, quæ sit iucunda atq; excitabilis eorum qui ex moestitudine in furore noscuntur: Aliam diram, uel quæ occupata mente pudorem suadeat, iniecto rigore, ut in bello, quam dorion appellant: in hijs qui risu, uel puerilibus cachinnis afficiuntur, cum cantilenæ sonus caput impleat, ut etiam recte ualentibus apertissime uideatur: uel certe, ut pleriq; memorent, accendat aliquos in furore, quo sæpe uaticinantes deum accepisse uideantur. Alij uero amorem furentibus aiunt procurandum, quo mentis iniecio conuersa furoris asperitate purgetur, non intuentes nudissimã ueritatem, quod pleriq; furoris amor fuerit causa. Sic deniq; alius amore Proserpinæ petit inferna, & sibi licitas alienæ ac diuæ coniugis credidit nuptias: Alius nymphæ ob desiderium Amphitritis sese deditum mari proiecit. Ferunt Græcorum cõmentata loquacia & hiereprolis foemina humanis exercitatã fatis, & sæuo pœnitudinis dolore commotã sua manu suos extinxisse successus. Neq; aspernandos ceteros accipiamus, qui ipsum quoq; amorẽ generaliter furorẽ uocauerunt, ob similitudinem accidentiũ, quibus ægrotantes afficiuntur: Et est impiũ atq; absurdum passioni adiutoriorum in idipsum probare quod curas: omitto quod sit impossibile, amorem furentibus persuadere: siquidem iudicio carentes pulchritudinẽ probare non possint: Nam sæpe homines feras existimant, uel ea quæ uiderint fingendo præsentia putant. Dehinc etiam si amor fuerit acquisitus quid magis probemus erit incertum, utrum ne prohibendus sit usus ueneris, an admittendus. Sed prohibitus indignari magis cogit ægrotantes, cum desiderata producuntur. Itẽ permissus uexat, cũ corpore euirato animæ quoq; substantia turbatur. Itẽ alij arteriotomian probauerũt, in utili uexatione caput afficientes. Hijs igitur omnibus experimẽtis inanibus conferta est furiosorũ curatio: Quæ ne fallax putentur erũt denuntiandæ personæ, atq; librorũ nomina designanda. Asclepiades autẽ secundo libro adhibendam præcepit cantilenã. Quo etiã eius discipulus Titus adductus secundo libro de anima memorat flagellandos. Sed idẽ etiã officijs solitis amoueri iubet ægrotantes, & uinculis constringi, & abstinentia ciborũ nimia coëcere, & siti affici, tunc uino corrũpi, uel in amorẽ induci, cætera primo libro tardarũ passionũ supradicta compleuit. Itẽ Themison phlebotomatos constrictius curat fomentis, qui se sua lege tenere non potuit: Adhibẽs etiã lauacrũ, atq; uinũ plurimũ, & amorẽ suadens adiuncta ciborũ copia: Alijs quoq; incongruis utens rebus, quæ magis Asclepiadi, quàm Themisoni sunt adscribenda: nondum enim sese eius liberauerat secta, sic hæc ordinasse perspicitur.

φρύγιον.

δώριον.

Asclepiades.
Titus.

Themison.

DE MELANCHOLIA. CAP: VI.



Elancholia dicta, q̄ nigra fella ægrotãtibus sæpe per uomitũ ueniãt: Græci enim nigrũ melan uocauerũt, fel autẽ cholen appellãt: & nõ ut pleriq; existimãt, q̄ passionis causa uel generatio nigra sit fella: hoc enim est æstimantiũ magis quàm uidentiũ ueritatẽ, uel potius falsum, sicut in alijs ostẽdimus: Nam Tullius atrã bilẽ dixit, ueluti altã iracundiã. Itẽ Vergilius: Hercule alta iracũdia moto, Hic uero, inq̄, Alcida furijs exarserat atro Felledolor. Sigdẽ melancholici semper tristes, ac nullã penẽ hilaritate laxati esse uideantur. Frequentat autẽ in masculis magis, & medijs

Μελαγχολία
Μίλαμ.
Χολή.

VIII Aenci:

C 4 atatibus;

- C** atatibus: difficile uero in sceminis, uel alijs atatibus: sed eius antecedentes causae sunt hae, indigestio, iugis uomitus, post cibum medicamina pota, acres cibi, moestitudo, timor, & caetera quae etiam ualent sufficere. Sequuntur autem in ipsam pronos uel uenturos ea quae etiam insanos fore denuntiant. Eos uero qui iam passione possessi sunt, animi anxietas atque difficultas tenet, attestante moestitudine cum silentio & odio conuiuentium. Sequitur etiam nunc uiuendi, nunc moriendi cupido, cum suspicionibus uelut insidiarum sibi paratarum. Item inanes fletus, atque murmura uacua, & rursum hilaritas, magis post cibum cum inflatione praecordiorum, & articulorum frigore, & leui sudore, atque stomachi mordicatione, uel oris uentris usque ad interscapulas, quas Graeci metaphrenum uocauerunt. Item capitis grauedo, color uiridis cum nigrore, aut subliuidus, corporis tenuitas, uirium debilitas, & accepti cibi corruptio cum ructationibus odoris tetri, hoc est fumosi, uel bromosi, uel pisciosi. Item intestinorum tormenta, uomitus, tunc inanis, nunc fellosus, uel ferrugineus, aut niger, & eiusdem qualitatis per podicem egestio. In lenimento uero eorum mitigatio, uel multorum depurgatio. Sed hanc passionem furoris speciem alij plurimi, atque Themisonis sectatores uocauerunt. Differt autem, siquidem ista principaliter stomachus patiatur, in furiosis uero caput. Et est communiter stricturae passio magna; aliquando etiam complexa ob plurimas egestiones. Praeterea est ex numero tardarum passionum, quas Graeci chronias appellant. Curatio autem adhibenda est, quam furiosis ordinauimus: Non enim phlebotomiam reprobendam attestante dolore, aut hellebori purgationem attestante passione approbamus, sed exterius localia adiutoria, atque mitigatiua, siue corporatiua magis ori uentris, atque inter scapulas sunt adhibenda. Ac si forte aut uomitus immodicus, aut egestio uentris coegerit, constrictiua sunt cataplasmata apponenda uentri atque stomacho, ut ex palmulis thebaicis infusus uino uel pusca, admixtis etiam malis punicis, uel cydonijs, & aenanthe, & alumine scisso, aut hypocystide, uel acacia, siue galla, & hijs similibus. Dandi etiam cibi constrictiui, atque apponendae eius uirtutis cucurbitae. Alia uero medicarum sectarum praefectis relinquamus, & hijs qui de furiosis scripserunt. Adhibent etiam bibenda medicamina, hoc est, aloen & absinthium iugiter, quae propter uim suam, quam habent plurimam, excludenda probamus: quippe cum sit possibile ex consuetis perficere sanitatem.

CAELII AVRELIANI SICCENSIS
CHRONION LIBRI PRIMI
FINIS.

CAELII

CAELII A
AVRELIANI SICCENSIS

LIBER I

CVI BAC I

De paraly.

De carbo caput quem Graeci

De carbo dicitur apud Graecos

De dolore dicitur

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

De approposione. Luc. appropos

CAELII AVRELI-

ANI SICCENSIS CHRONION

LIBER SECVNDVS.

CVI HAEC INSUNT:

- I De paralyfi.
- II De canino raptu, quem Graeci cynicum spasmus uocant.
- III De auriculae dolore atq; humoris fluore per auditoriam cauernam.
- IIII De dolore dentium.
- V De apprehensione, siue oppressione, quam Graeci catalepsin ap-
pellant.
- VI De uocis amputatione, quam Graeci phones acopen uocant.
- VII De influxione, quam Graeci catarrhum uocant.
- VIII De tussicula.
- IX De sanguinis fluore, quot, uel quae sint differentiae sanguinis floris.
- X Quomodo intelligamus differentias floris sanguinis.
- XI Quomodo intelligamus ex quibus locis sanguis feratur.
- XII De effectu siue exitu supradictarum passionum, quae Graeci apote-
lesmaton appellant.
- XIII Decuratione.
- XIIII De ptifica passione.

Καταληψις

Κατάληψις

Κατάληψις

B Primo libro Tardarum passionum de capitis diximus curatione, & de scoto maticis, & de incubone: sed & de epilepsia, & de furore, siue insania, & de melancholia; nunc caeterarum actiones ordinemus.

DE PARALYSI. CAP: I.



In senibus atq; hyemis tempore frequentat haec passio: difficile autem in calidis aetatibus: Sed generatur nunc ex occultis, nunc ex manifestis antecedentibus causis, ut quassatione, uulneratione, uel alia qualibet passione: Item frigore profundo, uinolentia, indigestione, luxuria, atque libidine frequenti extenta: item medicaminibus potis. Sed est uel fiet paralyfis nunc sensus, nunc motus, nunc utriusq;

Et intelligitur sensus paralyfis, quoties feruens atque frigidum non sentiunt agrotantes manifeste partium naturalium motu: motus autem, quoties feruens atque frigidum sentiunt motu partium carentes: utriusque uero paralyfin factam accipimus, quoties motu atque sensu caruerint. Item haec passio nunc partis est, nunc partium, nunc totius corporis cum apprehensione mentis, quam apoplexiam uocantes, Acutarum passionum libris tradidimus. Sed plurimis species duae paralyseos uisae sunt: Alia conductione effecta: alia extensione. Sequuntur autem pronos & decliues in passionem, hoc est, qui non repente fuerint percussi, si totum corpus passurum denuntietur, ea quae epilepsiam uel furorem denuntiant. Si uero ex parte, grauedo partis passurae sequetur, ut tardus motus cum stupore & pallore, & torpedo cum sensuum debilitate

παράλυσις

αποπληξια

A perfecto accepta conuuantur. Videbitur denique eius extantia plurimum relaxata. Item stomachum paralyti uitiatum difficultas transuorandi sequetur, uel omnino impossibilitas, unde etiam praesens periculum. Videbuntur etiam difficilia transuorantibus accepta, ueluti acriora, aut immaturo tempore comesta. Item sequitur praefocationis sensus cum frigore, in quacunque eius parte fuerit paralytis: illic namque etiam transuorata sistuntur. Sed discernuntur ab hijs qui facilem paralytin ex difficultate transuorandi patiuntur: Siquidem etiam decolorationes nutrimento cessante, ac frigus, etiam immobilitas faucium necessario concurrat. Item hijs qui ex stomacho sunt humores supradictis querelis si fuerint adfecti discernuntur, quod etiam dolore atque seruore partium uexantur. Si caenum uel eius summitas paralyti uitiatum, quod nos commune dicere poterimus, quod arteria atque stomacho interpositum uideatur, locorum grauedinem faciet, atque sumpto cibo uel potu in praecordijs permanebunt, cum torpore sensuum ac tumore manuum, aliquando & crurum attestante singultu & inanimi timore: Aliqui etiam reuomunt accepta nulla corruptione mutata. Perulo paralyti uitiato cibus nulla digestionem mutatur, sed tanquam per infundibulum ad inferiora descendit, & circum uentrem laxior locus efficitur inferius inflatioque: quae per uentrem egeruntur, aspera atque plurima erunt, & neque fluida: Nestide paralyti uitiato & typhlotero, quod nos caecum intestinum dicere poterimus, erunt ea quae per uentrem excluduntur plurima, & minus fluida: Videntur enim nestu in cum naturam seruauerint, uel nullo fuerit morbo tentata, tunc plurimum excrementorum acceptorum facere. Colo paralyti uitiato inordinato motu atque inuoluntario stercorea descendunt, sine ulla humectatione, uel cum foetore maximo eorum fiet egestio sine ullo dolore, Longanone cum sphinctere atque podice paralyti uitiato, erit inuoluntaria egestio stercorum, nisi ex aliqua hoc fuerit circumcissione confectum. Aliquando etiam praecedit, uel certe egestionem stercorum non sine tumore, uel aliqua simili causa fieri permittit. Vesica paralyti uitiata inuoluntarius urinae exitus fiet sine ullo dolore, neque incisura, neque circumcissione antecedente. Aliquando etiam per interualla prohibitus, uel paulatim retardatus, aut omnino negatus, & saepe etiam pubetenus extantia partium fiet, extenta uesica, sed ex tumore, uel sanguinis gelati corpusculis, quae Graeci trombos appellant: aut lapide, uel uulnere difficultas fuerit mictus, aut in toto negotio discernitur, quod sine dolore atque partium liuore, atque sanguinis mictu, apposita manu oppressa peccine urina in paralyti excludatur. Praeterea etiam peritoneo paralyti uitiato, ut Erasistratus ait, urina abstinetur, & neque excluditur nisi adhibito catheteri: Non enim uesicae ambitus naturali consuetudine peritoneo imbuente opprimitur, neque concluditur ad exprimendum liquorem radix uirilis paralyti uitiatus, sed multo maior aut minor efficitur, & nulla tentigine prouocatur. Seminales uix, quas Graeci spermaticos poros uocant, paralyti uitiatae, si laxatione fuerit paralytis effecta sine ulla tentigine inuoluntarius fiet seminis lapsus, & uocatur haec passio gonorrhoea, quam nos seminis lapsum dicimus. Ac si conclusio fuerit paralytis effecta, iugis tentigo aegrotantis sequetur, sine ullo dolore atque seminis lapsu, & uocatur haec passio priapismus. Crus paralyti uitiatum aut conclusionem breuius fiet, aut extensionem longius, ut plerique putent articulorum delocationem hic factam. Sed discernitur hoc: si quidem concavitas atque distantia a loco motos aut electos articulos sequatur. Est autem ratione credibile, exterorum quoque interiorum singula paralyti uitiari, ut pulmonem, cor, uel discrimen thoracis atque uentris, quod Graeci diaphragma uocant, aut hypozygon, uel splenem, aut iecur praenitri adprehensum.

κινδύμ.

πύλοσ.

κῆσις.

τυφλώτερος.

κένυμι.

κώλυμ.

Longano.

τρομβός.

περιτόνυμ.

Erasistratus.

κακθέρ.

πόροι σπερμα-

τινοί.

γονόρροια.

πριαπισμός.

Διάφραγμα.

Handwritten marginal notes in a smaller script, likely a commentary or glossary, partially obscured by the binding and the main text's bleed-through.

C adprehensione mortem patientis, quæ sæpe latent facta; cum nō propria possint
Herophilus. apprehensione signari. Herophilus deniq; repentinam mortem nulla ex mani-
Erasistratus. festa causa uenientē, fieri inquit paralyfi cordis. Item Erasistratus memorat pa-
 ralyseos genus, & paradoxon appellauit, quo ambulantes repente sistuntur, ut
 ambulare nō possint, tunc rursus ambulare sinūtur. Est autē passio generaliter
 grauis atq; difficilis, sed grauior curatione fiet, quoties toto sensu caruerint par-
 tes atq; motu, & in corporibus iam dudū debilibus, uel senibus, aut ex alio mor-
 bo præuitiatis, ut epilepsia, febre: Item si plurimas tenuerit corporis partes, uel
 uitiatæ necessarias. De nominibus autem specialiter elogiatis paralyticæ passio-
 nis, ut mydriasi, phthisi, priapismo, gonorrhœa, & hijs similibus singula præ-
 scribemus. De cæteris nunc dicemus. Hanc ergo passionem multi sectæ no-
 stræ principes stricturem dixerunt, ob duritiam uitiatarū partium, atq; siccitatē,
Mnaseas. & grauedinem, & torporē: Mnaseas uero conductione factam paralipsin uocat,
Soranus. fieri q; etiā aliquando extētionē, aliquādo solutionē. Nos uero iuxta Sorani sen-
 tentiā illam uocamus solutionē, cum plurimæ egestionēs corporis fuerint uisæ:
 Etenim manū, uel pedum, & horum similibus extentione facta, nulla egestio-
 ne attestante, & in ligni similitudinē duratis partibus, stricturem dicimus esse pas-
 sionem: Quippe cum frigescere, uel quadam rugatione crispari corpora cōmu-
Stricturem. ne cōtrarijs passionibus esse uideatur. Est autem passio generaliter tarda, & ac-
 cessionibus atq; dimissionibus uariata, & superpositionibus ac lenimentis, cuius
 prædata atq; demonstrata significatione necessariō curationē ordinamus. Mox
 igitur effecta paralyfi, lucido loco atq; mediocriter calido locandi sunt ægrofan-
 tes, & usq; ad tertiam diem permittentibus uiribus abstinenti. Tunc nisi uino
 fuerint pleni uel cibo, mox phlebotomandi, si copia fuerit, ex brachio: sin mi-
 nus, ex qualibet patienti parte contraria, quo laquei constrictione, & phleboto-
 mi diuisura in passione constituti non afficiantur. Si autem pleni fuerint cibo,
 alia die erunt phlebotomandi. Sed partes paralyfi uitiatæ fricatione atq; calefa-
 ctionibus recurandæ, & lanæ limpida ex oleo dulci atq; calido expressæ, & cir-
 cuntegendæ, & fomento relaxandæ. Tunc oris collutio permittenda, atq; potu
 aquæ calidæ erunt prouidendi. Præterea accessionū ac dimissionum diligentius
 tempora obseruanda, quæ adprehenduntur ex ægrotantiū pallore nunc aucto,
 nunc minuto: uel sensu earundem partium, quibus plus aut minus inesse ui-
 deatur. Item ex motu uel immobilitate, aut grauedine & leuitate, aut frigore &
 feruore. Tunc diatriū tempore adhibenda perunctio ex oleo calido. Ora quoq;
 fouenda ex aqua mediocriter calida, & dandus cibus paruus sordibilis, ut alica lo-
 ta ex aqua calida infusa, aut oua. Ac si transuorationis faucium partes paralyfi
 fuerint uitiatæ, erunt cucurbitæ obliquis partibus gutturis atq; ceruicis appo-
 nendæ. Tunc cibus offerendus: etenim extentæ transuorationis officio facile ser-
 uire coguntur: exinde donec passio declinet alternis diebus dabimus cibum. Se-
 quenti deniq; die post diatriū abstento ægro cataplasmatibus utemur ex polli-
 ne lini seminis & fœnigræci. Tunc alia die, nisi passio creuerit, patientibus locis
 cucurbitas infigentes scarificabimus: ac si plurimæ fuerint partes passione uitia-
 tæ, cogentibus magis atq; urgentibus ordine præponimus curationē, uel hijs lo-
 cis, quæ facile poterunt ægros in periculū deuocare, aut ex quibus cæteris par-
 tibus facile possit curationis beneficiū dari. Sic deniq; stomacho laxato plurima
 certe conlaxātur, utpote è contrario oppressis principalibus partibus cætera ne-
 cessariō cōprimuntur. Tunc cæteris trinis diebus, quas diatriū Græci uocau-
Σικυρα. runt, alias quoq; partes cucurbita releuamus. Si siagon, uel mentum paralyfi
 fuerit

A fuerit uitiatum, erunt cucurbitæ temporibus infigendæ, atque musculis buccarum, uel sub aurium lamnis. Ac si fauces fuerint uitiatæ, uel transuorationis partes prædictis utemur adiutorijs. Itē manibus paralyti uitiatis, erunt humeris uel eorum summitatibus atq; palis, & brachiorum musculis, aut cubitorum nodis hæc adhibenda. Item cruribus paralyti uitiatis, uertebis atq; genibus cucurbitæ infigendæ, quarū quæ partes non accipiunt usum, ut supercilia, labia, digiti, sanguifugis erunt releuandæ. Item si nimia tenuitatis causa, aut usus difficultate, neq; sanguifugarū morsum tolerare potuerint, ut in palpebris, uel lingua, præfecta uaporatione scarificamus, & generaliter cataplasmatibus utimur. Tunc si exegerit passio secundo scarificamus, & spongiarum uaporatione utemur, ex aqua & oleo solo expressis, uel ex oleo aut decoctione lini seminis atq; foenigræci, uel hibisci, aut malux communis uel agrestis. Hijs uero qui secundum linguam, uel transuorationis partes paralyti fuerint uitiati, tempore cataplasmatū atq; uaporationum iubemus in os dari oleum calidum, uel aquam calidam, & oleum continendū, aut mulsū: Simul enim atq; eodem tempore ex utraq; parte uaporata uehementius relaxantur. Si uenter fuerit retentus, clystere utemur prius quàm partes cucurbita releuamus, ut primo ex aqua mulsā. Tunc si oportuerit, etiam diurnis diebus ex oleo calido iniectiones adhibemus. Si intestina, uel eorum uicinitas paralyti fuerint uitiata, ac si etiam urina fuerit retenta, adhibitis ceteris adiutorijs atq; perfectis, encathismata sunt adhibenda. Tunc catheterismus faciendus, quo urina detrahatur, ac post detractionem oleum calidum iniiciendum, atq; adnexo folliculo catheter ex ea parte quæ cystophilos

B à Græcis est appellata, uel otico clystere, quem nos auricularem dicere poterimus, tenui exabilisco formatum, quo possit cauernam inuadere directum catheter. Tunc cucurbitas prædictis adhibemus locis, atq; uaporationibus & cataplasmatibus eas partes cum podice & uertris uicinis releuamus. Si stomachus fuerit paralyti uitiatus omnia sorbilia dabimus, quo facilius transuorētur: Ac si ea quæ sumuntur aliqua ex parte substiterint impedito meatu, ægrotantiū manus in aquam calidam mittemus, uel parua uascula aqua calida plena tenenda offeremus. Tunc stomacho leuem cucurbitam infigemus sub ea parte quæ premi uel impediri uidetur: Atq; ita sensim, uel paulatim eam detrahimus, quo stomachi partes deferendo accipere, uel transire faciamus illata, uel uacui officium in memoriam reducamus: ac si uomitus irruerit paralyti facta nihil dentibus interponamus. Si uero † conductio immittimus ceram, uel tabellam alearem, aut feruleam, & ductu contrario fasciola corrigere tentabimus deprauata declinante passione: Etenim ante id tempus difficiles in cōsensu partes esse percipiuntur: & propterea quassatio potius quàm effectus sequitur. Vtemur præterea eodem tempore etiam cerotarijs qualibet paralyti uitiata: & primo simplicibus, ut excera & oleo pingui, uel sabina, & squinanto, admixta hibisci decoctione, uel foenigræci semine contuso, atq; trito. Tunc ex oleo ueteri & resinate rebinthina adhibemus etiam embasin ex oleo calido. Tunc calidam & oleum, cibum dantes diurnis diebus ex oleribus non acrioribus, atque piscibus petrensis, & uolantum paruioribus. Vtemur etiam acopis, ut est diasamucū & diamelilotū, uel omnibus quæ ex adipibus conficiuntur, & medullis, et irino oleo, uel malabatrino, et quirino, et hijs similibus, et malagmatibus talibus, ex quibus est diachilon, atq; mnaseum, et diamelilotū, et meline simplex. Tunc gestatione corpus mouebimus pro uirium modo, fertoria sella, siue cathedra, longiore tunc uehiculo manibus acto, dehinc animalibus: Sic enim cōsensu persuasæ

D altiores

Ενιαδίωματα.

Καταθερισμός.

Κυσόφιλος.

Ωτικός κλύστηρ.

† conclusio

μεικτός.

μίσσημα.

Caltiores in corpore materiæ ad exteriora concurrunt, cum in embasi ex oleo fuerint constitutæ, motus beneficio prælatato ægrotante. Dehinc lauacrum adhibemus atq; uinum paruum, & consequenter singula, quæ passione fuerint uitiata, suo officio exercemus: explorantes etiam, uel intuentes si quid aliud in corpore passionis occurrerit, ex quo paralysis uideatur effecta, ut hoc quoq; destruiamus: non hac quidem quod antecedens causa esse uideatur, sed quo etiam eam ipsam passionem necessariò intelligamus. Quapropter si uulneratio ei fuerit

*Libri Cælij
ἀντιρευματικοί.*

cōgrua, gerere debemus sicut in Chirurgumenis, uel Responsonum libris demonstrauimus: Reminiscentes, siquidē ex uulneribus facta paralysis fit, diuisura partium necdum proprio nomine uocabulum teneat, sed appellari claudicationes uel tardationes possunt, siue alienationes. Sin uero cicatrix fuerit clausa, hanc mollire tentabimus. Item si spinæ contortio uel conuersio ex causa effecta, hanc corrigemus. Item si febricula, aut nimia capitis passio, quam cephalæan uocant, aut epilepsian, ex iisdem eas quoque destruiemus. Item si uersio, uel

*Libri Cælij de
muliebris
passionibus.*

inclinatio fuerit matricis, eidem consequenter ordinata adhibebimus, sicut Muliebrum passionum libris docuimus. Sin uero articuli fuerit eiectio, quanquā longi temporis eum recolamus. Item si quis humoris fluor per quodlibet officium naturale ultra modū fuerit dimissus, cataplasmata constrictiua probamus, ut ex palmulis thebaicis, malis citonijs, acacia, hypocistide, alumine, & hijs similibus, apponentes etiam emplastrorum ea quæ constrictiua uirtutis à Græcis

Emplastra

ἔναιμα.

Medicamina

μέλανα.

D

enæma appellata, uel si qua ualent concludere atque siccare fluentia, ut sunt uulnerum medicamina quæ appellantur melana. Nunc similiter ægros resumemus, ac si passio permanserit, cyclo ductu resumptionis regula dirigemus per uariam gestationem, deambulationem, uocis exercitium, sectionem, unctionem,

lauacra. Tunc post hæc omnia partium adhibemus fricationem, dantes uarium cibum atq; uinū, iuxta præscriptā disciplinam omnia augentes atq; minuentes: & nunc usque ad piscium qualitatem ordinamus cyclum, nunc usque ad uolantum, tunc etiam agrestium, ultimo porcine carnis, sicut superius De capitis curatione scribentes docuimus. Dehinc adhibemus etiam metasyncríticos cyclos, & primo partiles, tunc perfectos, nisi ex initio uires ægrotantis eos perferre non ualuerint. Deniq; nunc drimyphagia utemur antecedente cibi paruitate, nunc uomitum prouocamus drimyphagian linquentes, & cæteras quoque cycli regulas complemus, & nunc uomitus adiungentes drimyphagian. Ipsum quoque uomitum primo ieiunum probamus, nunc ex radicibus, uel hijs similibus qualitate materijs. Atque ita post frequentem radicum uomitū helleboro utemur, primo radicibus inserto, uel aceto infuso: Quo detractō radices immixtae concisæ ipso cum liquore sorbeantur. Utemur etiam localibus adiutorijs in hijs partibus quæ sunt paralyti uitiata, ut dropaci primo, tunc composito, quem Græci

*δρόπαξ.
φάρμακον δριμύ.
ἔλλωβοσ.*

pharmacoden uocauerunt. Psylotro quoq; & cucurbitis recorporatiuis multacum flamma admotis, atq; uiolenter remotis, aut circumtractis nunc ex superioribus ad inferiora: Etenim spiritus iam dudū motu uacuatus ex alto adducetur, & quadam prouocatione excitus uel accurrens sua cubilia cognoscit, singularū uiarum motus inuadens, passionis deturbato languore. Hoc igitur facere tentabimus ex multis cucurbitis per spinam, recto scilicet ordine post inuicem adfigentes, atq; sufficiens tempus adductioni largientes, primo primarū faciemus detractionem, tunc sequentium, quo sibi adductum spiratum tradunt, atq; in solitos prouocent motus, atq; uerso ordine inferiores primo affigentes easdem detrahemus primo. Post cucurbitationem atq; dropacis usum, puluere nitri partes aspergi

A aspergi facimus, & fricari uel sinapi, uel ex utroq;. Tunc etiam hijs pulueribus quæ sunt ex calce uiua, fecla, pumice, pipere, pietro, & hijs similibus uirtute rebus. Ordinamus etiam unctiões, gestationes uarias, acopa quæ mordicatione quadam corpus afficiant, uel accendant, & emolliant: ut sunt ea quæ conficiuntur ex oleo sicyonico, syriaco, castoreo, aphronitro, sulphure uiuo, agresti cucumere, ammoniaci gutta, squilla, quam uulgo uulum pluriosum uocant, urtica semine, pietro, pipere, helleboro † albo, nigella, galbano, iri illyrica, lemnida carie, & hijs similibus. Non aliter etiam malagmata sunt adhibenda, quæ corpus ualeant papulare laceffendo, ut sunt ex flore salis, uel ex nitro, & illud quod nileos appellatur, uel diadaphnidon, uel apollophanos, & caphysophonos: quorum compositionum Responsum tradidimus libris, pro modo magnitudinis passionum adhibendas, atque lenimentorum alias augentes, alias indulgentes. Ordinamus etiam sole corpus torrendum, uel paroptesin ex carbonibus, aut parietibus calefactis, uel pauimeto, item lapidibus ac testis, hoc faciunt. Etiam ceromata sub sole ignita, uel terga præuncta, simili modo calefacta, quæ substrata accipiunt ægrotantes uoluatione quadam conuertendi, ac defricandi, & mutandi: etiam loca quæ deseruerint repetenda, ut ueniant feruentiora: quippe cum naturaliter tergora oleo ac sole facile feruescant. Utemur etiam ob similem corporis curationem, quam Græci phœnigmon uocant, † alcionio harena littori uicina, quæ sit sole ignita, ut circūtectā gremio foueat ægrotantē. φαινιγμός Tunc etiam fomentationibus ex aqua salsa, uel marina, aut decoctione baccarum lauri, uel omnium quæ ita corpus afficiunt: manente passione etiam cataplasma ex sinapi adhibemus, uel contusam atque liquatam ferulaginem, quæ Græci taphia uocant, corpus ungemus usque ad cutis ruborem, atque medicocrem partium inflationem: Etenim uulnerari, siue uexari quosdam ex istius herbe usu immoderationis est uitium, tanquam sinapismi usus immodicus. Generaliter autem similiter medentur etiam uaporatiões ex facellis sale torrido repletis, atque in lauacro igneo usus flaborum. Ordinamus etiam si quid partialiter loco patienti poterit adhiberi, ut capiti passione uexato rasionem capillorum, nunc pro capillatura, nunc contra capillaturam. In mulieribus uero, quæ id fieri non facile permittunt, denso pectine exerceri capillos imperamus, supradicta scilicet diuersitate, & cum uehementi conatu, atque primo aliorum manu, & raro pectine: tunc magis denso, & ægrotantis manu. Ac si odorandi officium fuerit paralyti uitiatum, erunt adhibenda acriora odoramenta, ut ex aceto & sale, aut adiuncto origono in aceto extincto, quo ex eo acriorem profecto exhalationem naribus sapiant ægrotantes. Nunc etiam sinapi, uel castoreo ex aceto soluto per interualla, uel lasare, quod Græci opon cyrenaicum uocant. ὄπὸς κυρηναιῶν Sed hæc erunt naribus quoque immittenda, uel sinapi cum aceto, donec prouocentur iubemus eos uolenter emungere. Probamus denique betæ nigre, uel cyclaminis herbe succum cochleare plenum naribus infundendum, utentes ptarmicis uehementioribus, quæ nos sternutamenta uocamus, ex pipere, helleboro, castoreo, astrutio, & horum similibus. πταρμινῶν Post sternutationem uero magis odoramenta utenda probamus: Hæc enim uehementius odoratiões mouent officium, & solas capitis partes in passione constitutas quadam mutatione reformant. Ac si lingua fuerit paralyti uitiatata, uel tranuoratiões partes, aridum sinapi dabimus mastigandum ante lauacrum. Tunc aqua calida os colluere præcipimus. Aliquando etiã liquefactum ex aceto forbere ægrotantem imperauimus, & gargarizare. Hoc quidem etiã de similibus

C liquoribus faciemus, ut ex fico, hyssopo, draganto, origono, thymo, pipere, p̄ retro, staphisagria: hæc etiã mastica dabimus. Ipsam quoq; linguam lasare fricantes ex aqua soluto. Tunc etiã cornu cucurbitæ in modum adhibemus: adducit enim non aliter quã hæc spiritum, & insolitas prouocat uias, quæ sunt ex antecedentibus medicaminibus præpurgatæ. Item stomacho patiente atque uentre, magis frequentabimus drimiphagian: dantes etiã lasar cum aceto, ex quibus panis erit madidandus, adiuncto quolibet pulmento. Ac si p̄ dex fuerit paralyti uitiatus, aut eius uicina, acriora facimus uel mordicantia ini-
Βάλανος. ci collyria, quæ Græci balanos uocant, uel sinapi plurimũ fico admixto, atq; in collyrium collectum longitudine aptum partibus iniicimus, ut ea quæ in alijs ordinauimus fomenta, nunc pro encathisimatibus adhibemus, uel per clysterem in-
Garum. iicimus aliqua ex acrioribus, ut aquam balsamam, uel marinam, uel garum, quod appellamus liquamen ex pisce siluro confectum, & si qua fuerint similis uirtutis: Quorum omnium dexteros usus, atque confectionis genus, & adhibendi rationem libro Adiutoriorũ specialium docuimus. Oportet præterea singulas partes in passione constitutas, suis ac naturalibus motibus admonere, ut supercilium leuando ac deponendo, palpebram concludendo ac distinguendo, linguã producendo atque conducendo. Hæc sunt ægrotantibus imperanda. Hortandi etiã locutionem tentare: Quod si minime facere potuerint, ex omni parte officio linguæ cessante, erunt suadendi, ut animo concepta uoluant quæ proferre nõ possunt: Sæpe enim quæ loqui uolentes mente perceperint, in alto formans spiritus accepto motu rumpit in uocem. Vel certe docendi sunt unius exprimendæ literæ curam suscipere, ut intra se exercendo manifestius probent, & magis
D ex uocalibus, ne difficultate sonitus multarum literarum uocis organa conclu-
δίσυς. dantur potius quã referentur. Tunc cum implere ualuerint dabimus lexes, atq; nomina, quæ sint ex multis uocalibus conscripta, ut est Pæan, & hijs similia: Sic etiã numeros dabimus, & ex hijs exclamare prouocabimus ægrotantes, ac deinde lectionem offeramus, uel disputationem. Hæc adhibenda sunt etiã
χάλυξ. si buccarum partes circa labiorum confinia, quem Græci chalinon uocant, fuerint in passione constitutæ. Dandum etiã mastiche mastica, uel cera indulgentior mordenda, tunc ferulæ particula, uel per profectum tiliæ tabella: Plus enim illorũ singula quodam cum certamine partes faciunt exerceri. Tunc danda etiã frangenda arida fabarum grana, uel amygdala molliora, ac nuces auellanæ primo, tunc etiã glandes paulatim aucto numero quantitatis. Ac si digiti fuerint in passione constituti, erunt commouendi oblatione ceræ emollientis, & malagmatum superscriptorum: Quo non solum motu, sed etiã tactu medicamina propria uirtute medentur. Præterea eodem exercitij tempore, & in illis quibus totæ manus paralyti fuerint uitiatæ, uel earum quælibet partes, al-
αλτήρ. theres erunt offerendi: At enim pondere pro modo uiriũ ægrotantes, quodam labore mortes exercent. Sed erunt prædictis malagmatibus commouendi, ut primo teneant uel baiulent ægrotantes, tum demum ex ipsis simili ratione ferendi manus exerceant. Ac si crura fuerint paralyti uitiata, si fieri potuerit per seipos, sin minus, aliorum impulsu extensione atque conclusionem exerceant eas partes, non tamen sine suasionem, qua non solum motibus exerceantur, uerum etiã ipsi connitantur. Erunt deniq; ob uarietatem motus artis industria partes commouendæ hoc modo: Iacete ægroto, cruribus imposita fasciola superpendenti rotu-
αροχλίον. læ, quam Græci trochilion appellant, alterum ex finibus fasciolæ inserendum, hinc tenendum dare; nunc ministro, nunc ægrotanti demonstrato motu, ac par-
 tili,

A illi, qui nunc adducta fasciola subleuet crura, nunc indulta deponat. Sed cum non solum leuare ac deponere uoluerimus, sed etiam extendere, aut inflectere partes paralyti uiciatas, duæ erunt fasciolæ imponendæ: altera genibus, altera talis: tunc per supradictam rotulam traiciendæ, & apprehensis initijs similiter offerendæ patientibus uel ministris, ut uicissim adducant, quo ea quæ genu continet adducta, & ea quæ talum continet indulgente, hoc motu crura flectantur: Rursum talari adducta, & indulta ea quæ genu continet cruris fiat, extendit. Ac si sedere potuerint ægrotantes, erit fasciolæ medietas pedibus submitenda, cuius initia eidem tradita, cogatur labore proprio per seipsum adducendo atque indulgendo suis cruribus motum præstare. Simili etiam modo manus in passione constitutæ moueri posse noscuntur, ut ex altera fasciola iubeat quæ oportet arteriam articulis digitorum uicinam, quam Græci carpon uocant, al- *καρπίς* tera cubitum circumdari. Præmotis igitur, uel exercitis, ut supra dictum est, dabimus ut sella tonsoria sedeant ægrotantes, quæ sit obliquis anconibus fabri- *κρῶν* cata, quibus incumbentes sese leuare nitantur: & nunc fulciti ex utroque alarum latere ministrorum officio deambulationem tentent, uel incumbentes baculo, aut uehiculo manibus acto, quod infantibus sæpe motum discuntibus fabricatur, sed magnitudine tamen ægrotantibus coæquandum. Dehinc cum gestationis augmenta sufficimus, conficienda sunt ligna, quæ transgredi pedibus nitantur ægrotantes: Tunc etiam perfectis in terra lacunis deambulationem im- perabimus, ac deinde calceamentis adiuncto plumbo prius paruo, ut exempli causa uncia, tunc plurimo, atque pro augmentorū gradu usque ad librā dedu- cto, tum etiam itineris celeritas erit augenda: habet enim maioris laboris offi- cium. Varianda etiam omnis regula, ut nunc resumptiuos cyclos in metasyn- *Cycli resue* criticos deducamus, nunc è contrario uersa uice gradum reuocemus. Præterea *mpriui &* perseverante passione ad hellebori usum probamus accedendum: non solum *μετασυγκριτικοί* semel, sed & cogentibus rebus secundouel tertio: tunc resumendos, atque natu- *Albulæ.* ralibus aquis dandos, & magis calidioribus, ut sunt in Italia Pantherinæ, Veseu- *Albulæ.* næ, & Senanæ, & Caritanæ appellatæ: Etenim Albæ, siue Albulæ quæ sunt ap- *Albulæ.* pellatæ, quod sint frigidæ uirtutis, solutione laborantibus, uel fluore quorūlibet officiorum naturalium à ueteribus sunt approbatæ. Utendum etiam natatio- nibus marinis, uel supradictarum aquarum, & primo partibus passione uiciatis *κατακλυσμοί* inflatæ uesicæ sunt adiungendæ, quo natandi laborem minuunt. Item aquarum *κατακλυσμοί* ruinis partes in passione constitutæ sunt subiiciendæ, quas Græci cataclysmos *κατακλυσμοί* appellant: plurimum etenim earum percussiones corporum faciunt mutatio- nem. Peregrinatio quoque adhibenda, atque maritima, necnon castoreum *Hippocrates.* potodamus, si quisquam eius odoris difficultatem perferre ualuerit: Recorpo- *Erophilus.* rationem, quam Græci metasyncriticam uocant, utilem approba- *Diocles.* mus, partibus in passione constitutis. Hæc est secundum methodon paralyti- *Praxagoras.* corum curatio. Veterum autem medicorum Hippocratis atque Erophili se- *Hippocrates.* ctatores, memorant ea quæ in passione constitutos sequuntur, curationem uero *Erophilus.* nullam tradiderunt. Item Diocles libro quo de passionibus atque causis, & *Diocles.* curationibus scripsit, eandem dixit conducere curationem, quæ epilepticis est *Praxagoras.* ordinata. Dehinc Praxagoras secundo libro Curationum primo uomitū pro- *Praxagoras.* bat, & hijs præsertim qui caput fuerint paralyti uiciati, nunc ante cibum, nunc *κατακλυσμοί* post cibum. Tunc reuocationes atque uentri flua, & urinalia medicamina, quæ *κατακλυσμοί* coeliotica atque diuretica appellauit. Adhibet etiam clysterem iugem & acris *κατακλυσμοί* rem: bibendum etiam cum aceto asininum atque bubulinum lac probat. Tunc *κατακλυσμοί*

- C** cataplasmata, & malagmata, & sudoris pouocationes: & si quis uomere facile potuerit, parum hellebori pulmentis interiectis diebus admiscet. Neque mox factam paralyfin curans, neque recta à uomitu incipiens, & in hijs magis qui caput paralyfi uitiati uidentur, priusquam ex alijs adiutorijs partes fuerint releuatae. Dehinc sensibilis post cibum omnis est uomitus, & multo grauius iugis. At Praxagoras iubet, quotidianis aut alternis diebus adhibitos suis dogmatibus sublatis erroribus, quanquam uentrisflua atque diuretica, & clysteres iuges approbauerit: Non enim quod mutationem corporis hanc facere ualeant existimauit, sed quod materiarum facere detractionem, atque corpus liquidis uacuare. Item aceto potu dato lac repugnat, cuius magis grauis, dehinc qualibus cataplasmatibus, uel malagmatibus sit utendum, dicere negligit. Sed neque tempus adhibendi discreuit: Non enim quando mitigatiuis utimur cataplasmatibus, tunc erit malagmatibus utendum. At iste pariter utraque composit. Item sudores laxatis corporibus fiunt, non ipsi laxamentum faciunt: Sed neque quemadmodum sint prouocandi docuit, aut memorauit: Item album helleborum paruum datum prouocationis ingerit periculum, & multo potius quoties sunt in uomitum difficiles aegrotantes: Mitto, communiter cum dixisse interpositis diebus offerendum, & tempus non memorasse, cum passionem necesse sit superpositionibus, ac lenimentis uariare. Item Erasistratus de paralyfi scribens, differenter curandos ait eos qui conclusionem sunt paralyfi uitiati, ab hijs qui extensione uidentur affecti: Etenim neque cataplasmata, neque malagmata secundis inquit conuenire: non aduertens, quoniam etiam strictura densata quaedam corpora uel maiore, non aliter quam chorda tenduntur: Laxata denique medicinalium uirtute saepe retenduntur. Item initio curationis clysterem probat, phlebotomia negligens potentiam: quo adiutorio maius nihil maioribus approbatur. Tunc, inquit, effecta febricula detrahendum cibum, & dandum mulsum ex aceto confectum: Profecto densata constringent. Tunc obseruatis temporibus accessionum uel dimissionum, dandam pti sanam probat aut olus: quorum alterum inflat, alterum facile corrumpitur. Dehinc aromatics approbat potiones, & alias mites, alias uehementes. Ventrem quoque facilem cupit, ex quo stomachus necessariò uitiatur, & neque quanta, neque quando, neque quae danda sint memorauit. Prohibet etiam unius anni spacio, uana intentione tempus definiens. Dat etiam lac cum melle, atque sale, quod est contrarium supradicto mulso ex aceto confecto. Vitur praeterea uomitu post cibos, quod iam superius fieri damnauimus. Vitiat etiam deambulationibus harenosis in locis, ex sola intentione sui dogmatis:
- A**sclepiades. Etiam uentrem facilem cupit, caduca suspitione deceptus. Asclepiades uero principaliter de paralyfi nihil scripsit, sed Erasistrato respondit, eos inquit, qui non graui dolore in ista passione afficiuntur, phlebotomari non oportere: Eos uero qui priuatis sensibus peiore strictura uexantur, abstinendos primo, tum initiandos probat: Adhibet etiam purgatiua medicamina, quae Graeci catartica uocauerunt, cum sint hanc corruptiua uirtutis, & propterea corpus eliminando consumant potius quam relaxent. Sed specialiter à laxatione paralyfi uitiatis aduentia inquit medicamina conuenire, & fomentationem parua paulo feruentius temperatam: non aduertens quia plurima extensa conclusis similem exigunt laxationem, atque indulgentiam tensionis, & non ut existimant, conscriptionem: Utraque etenim hanc passioni subiecta sunt, ut etiam stupor corporis, uel frigidus torpor, quem non semper necessariò uaporationibus,

potationibus, uerumetiam frigore adhibito releuamus: Siquidem contrarijs
 inter se passionibus hæc subiecta monstrantur. Ordinatur præterea idem in ha-
 renæ spacio deambulationem, quod appellant scamma, atque transcensum
 lignorum, & inter plurimum tempus bibendum uinum. Item Themison ^{ἐν ἀμύρῃ}
 primo libro Tardarum passionum in quibusdam peccare cognoscitur, nondum ^{Themison.}
 rectam methodon respiciens: etenim phlebotomat ex ea parte quæ passione ui-
 tiata est, si, inquit, sensu non caruerit: non curans, ut supra demonstraui-
 mus euitanda omnia, quæ adiutorio quadam necessitate ueluti uexabilia ui-
 deantur esse coniuncta. Dehinc lanam succidam, quam æsypon appellant, ca- ^{Lana}
 piti iubet imponi, aceto atque oleo rosaceo infusam. Neruis autem ceruicis ^{οἰσυνός.}
 atque spinæ, & cruribus, & brachijs, uinū atque oleum cum sale imponendum
 iubet, constringens atque laceffens incongrue ea, quæ phlebotomia miti re-
 leuatione laxauerat. Tunc tertia die cibum probat, atque quarta die cucurbi-
 tam imponi adiuncta scarificatione, non interrogans passionis tempus, solum
 numerum dierum imprudenter attendens: Dehinc sequentibus gestationem
 probat, & neque in eo definiens tempus, atque audaciter secundæ diatri-
 tæ expectationem spernens. Dat etiam aloë in potu, & ex aqua calida, & oleo
 intestinis dare laxamentum ordinat. Præterea anatresin testæ faciendam, quam ^{ἀνάστυσις}
 nos perforationem uocamus, iam dudum quidem & in alijs methodicis explo- ^{testæ.}
 sam: & harenæ deambulationem conuenire existimat, atque plagis ferulæ
 exedendas partes in passione constitutas, profecto quæ salæ aquæ mitigatione
 atque recorporatione uidentur esse curandæ. Item Lusius primo libro Tarda- ^{Lusius.}
 rum passionum cum hijs omnibus, tum medicosis quoque fomentationibus
 utendum probat. Plurimi etiam alij aceto, atque oleo roseo fouentes cum herpil-
 lo, & ruta, & hedera, & castoreo. Probant præterea iuges clysteres, atque
 purgatiua medicamina, quæ catartica uocauerunt, & magis hieram, cuius u- ^{ἱερῆ.}
 sum græco libro Epistolarum ad Prætextatum damnauimus scribentes: Sunt ^{Calij liber}
 enim ea quæ stomachum uitiant fugienda, ut sunt corpus infumentia, & quæ ^{græcarū epi}
 moderationis nostræ careant potestate. Item Thessalus secundo libro de Regu- ^{stolarum.}
 lis scribens, plurima recte dixisse probatur: quædam uero proterua festinatione ^{Thessalus.}
 caduca: Etenim post phlebotomiam usque ad tertium imperat abstineri, so-
 lum potum diurna cum luce offerendum. Tunc transacta tertia die atque ho-
 ra qua sunt ægrotantes paralyti uitiatum cibum portat. Quibus respondere fa-
 cile quisquam poterit, si quærat, qua intentione Thessalus oriente luce po-
 tum iubeat dari: Etenim si continuationis causa id fieri responderit, oportet
 etiam cibum eodem tempore approbare: Sin uero accessionum frequen-
 tia id existimat declinandum, uel suspicione futurarum, & propterea post ter-
 tium diem cibum transferendum, quo transacta hora passionis illatæ tertia
 die recte ægros nutrire uideamur, oportebat etiam potum non communi-
 ter, sed generaliter diurnis diebus, uel initio lucis offerre, sed horarum dimis-
 sione captata. Dehinc non semper, ac necessariò tertio die cibum oportet da-
 ri, sed etiam quarta continuationis, quæ initium ex die sumpsisse uisa, uel
 ob typum eadem ratione currentem. Idem post hæc similiter ut Themison,
 quarta inquit die cucurbitas infigendas, non interrogans utrum passio sumpse-
 rit statum, quod est maxime seruandum. Ait præterea alternis diebus cibandos
 usque ad centum numerum dierum, quod infinitum reliquisse perspici-
 tur. Audaciter etiam, atque inuidiose acopa quædam, uel malagmata probat
 D 4 excludenda.

Banda adhibita uaporatione spongiarum calidarum. Ipsam quoque cauernam inuoluta lana per melotida oleo calido tincta paulatim penetramus, atq; illic lana derelicta ferramentū detrahimus. Tunc declinate passione cerotaria apponemus, dantes uariū cibum & uinum: ac si humoris fuerit fluor, quē reumatismū uocant, eadem adhibemus quæ initio doloris adhibenda probauimus. Dehinc eorum augemus potentiam, ut cauernæ ipsi faciamus infundi collyrium, quod appellamus diaglaucium ex uino solutum, uel aceto, uel illud medicamen quod *Diaglaucium, Heres medicina* appellat heren, uel mulsū ex uino factum: Quod sit præcoctum in mali punic cortice, cum nardo, uel amygdalis amaris, & aceto, croco, & myrrha, & alumine, uel ex herbarum succis constrictiue uirtutis, tum auriculæ uicinantia circulatim cataplasmata, ex cydonio malo, ac simili medentiū uirtute contagemus, uel medicamen quod appellatur diaiteo, quod est siccatiue uirtutis, uel icefio, aut diadictamno, & hijs similibus. Dehinc si passio coegerit, radendum est caput, & constrictiuis cataplasmatibus contegendum. Dandi etiam cibi constrictiui, & lenimenti temporibus, siue dolorum tardantium, siue humorū fluentium resumptiuus adhibendus cyclus, tunc re corporatiuus. Et localiter ipsis cauernis per clysterem modicum iniicienda, nunc destillatio aquæ cineribus liquata, quam uulgo lixiuum uocant, Græci coniam, nunc sinapi liquido, atque *Lixiuum, uoxia, φειγμός* etiam admixto fico erunt exteriora cataplasmanda, donec rubor maximus fiat, quem Græci phœnigmon appellant. Item eundem immisione medicaminum ex garo confectorum, quod uulgo liquamen appellant, uel hijs uirtute similiū materiarum. Tunc etiam totius capitis curationem ex illusione aquarum supercadentium, quam Græci cataclysmum appellant. Quibus etiam aurium uicina sunt maxime concuranda. Dehinc acopibus & dropacis, & malagmatibus acrioribus, & aquis naturalibus utendum: Sic enim intardata corporibus emoueri, atque excludi mutatione poterunt curationis.

DE DOLORE DENTIVM. CAP: IIII.



Hunt dolores dentium nunc omnium, nunc aliquorum, nunc unius, cum sibi uicinantibus gingiuis, ut etiam contumescant, ac sæpe ora faciant subinflari, uel eorum aliquas partes crescente passione terebrari: Nam sæpe dentes & gingiue computrescunt, corruptis ossibus quibus natura inserti sunt, recedentibus tumore cogente gingiuis. Sed etiam nunc erit curationis diligentia partienda, ut initio doloris, uel certe si ita passio recurrendo tardauerit, superpositionis alia adhibeatur curatio, alia lenimenti. Quapropter adhuc recedentibus passionis motibus, uel in asperitate superpositionis doloris constitutis, conuenit abstinentia cibi, atq; requies corporis, ut in initiorū causæ aqua quæ uirtute constringat collutioni oris adhibenda sit, ut est à plerisque conscripta decoctio in aqua & uino herbæ syderitis, uel acaciæ, uel leuces, quam etiam polium uocant, aut mandragoræ, sed non sine cautione, ne quid ex ipso liquore transuorent agrotantes. Item pentaphylli herbæ, aut papaueris, necnon personatix, aut herba phlomon in pusca decocta, uel ex cornu ceruini drachmis quinque, & aceti hemina usque ad sui medietatem decocta, uel de pinguis cum aceto decocta, aut alterci radices cum uua lupinæ succo, & uino sufficienti simul cocta. Erunt præterea ex hijs, aliqua parte in doloribus constituta, apponenda uel lenientia, uel simili uirtute medentium materiarum. Tunc cum dolor uehementescere cœperit, lecto tradendus est xger, atque blando tempore calefacien-

A lencia. Multi autem veterum medicorum accessionis tempore ea medicamina adhibenda iusserunt, quæ anodyna Græci uocauerunt, nos indoloria dicere poterimus, quæ aiunt nocturno tempore adhibenda, profecto sensum non dolorem auferentia. Adhibent etiam fumigationem dentibus, ut bitumen cum simili pondere myrrhæ uino conspersæ, mollibus prunis impositæ. Tunc iubentes ore aperto ægrotantem fumum accipere, cum fuerit melius hæc propter inflationem capitis prohibere, & offerre mullum calidum, uel quenquam mitigatiuum liquorem continendum, uel, ut aiunt, carbonibus infundendum, ut exinde exhalatione facta solatium capiant ægrotantes. Item iubent circundandos atq; inuoluendos dentes ex opio, galbano, pipere, uel lasere, & peucedano, & herba quam tithymalon uocant. Hæc quidem etiam corruptis dentibus adhibenda probauerunt. Necnon tenue linteolum apponendum, præliniunt oleo cocto, uel sale, & cedria, uel ex croco atq; pipere longo, & rosa recenti, & illyrica, galbano, cocco cnidio, styrace, nitro, cū melle medicamine confecto: quæ omnia ob acrimoniam lenimenti tempore locum potuerint inuenire: Quamquam sit etiam fugienda fatieras medicaminū plurima. Omitto quod tithymali succus appositus dentes infringat. Non aliter etiam ferreici altheres exhibiti, qui dentium dolores mitigent locorum mortē faciunt, & ipsorum dentium laxitatē, qui aiunt ungendas gingiuas accessionis tempore amurca, cum simili modo infecta lana ex oleo ueteri & myrrha, cum uino & oleo resoluta, atq; crassitudine mellis deducta, cum secundum methodon aliud sit tempus medicaminū lacessentium. Item alij præsentē dolore in contraria partis auricula aiunt balsami succū mittendum, cum succis supradiētis simili modo uel folio. Hijs omnibus resolutis, uel oleo decoctis, aut in quo decocta sint ederæ nigræ folia decem, & squillæ medium in oliuæ magnitudine spe auocandæ materiæ, deprauati, uel maioris doloris illati causam anteriorem auocētes, obscurantes auocatis sensibus ægrotantes. Item alij eius partis, quæ dentis dolorem sustinet, nari ederæ succum infundentes, cum olei parte dimidia, ex ferramento quod rinenchyton uocant. Adhibentes etiam sternutamēta & apophlegmatismos, & odoris medicamina, quæ iugiter aiunt apponenda, & sint uirtutis lacessentis, quæ stomatica uocāt: quorum singula tanquam recorporatiua non mitigatiua in lenimēto adhibere probamus. Item alij statim ad auferendos dentes dolore pulsatos accurrunt, nescij quoniam detractio amissio partis est, non sanatio. Quapropter sicut alias quoq; partes in tumore constitutas non detractioe, sed mitigatione curamus, sic etiam dentes concurandos accipimus: Etenim si quisquam dentium fuerit exesus, exigit primo mitigationem, tunc sui detractioem faciendam. Quippe cum non sit a periculo remotū doloris tempore dentes auferre, & maxime integros, hoc est, qui non fuerint exesi, uel corrupti, aut mobiles: Consensus etenim superiorum partium necessariō sequetur & musculorum, & oculorum. Erophilus deniq; & Heraclides Tarentinus mori quosdā detractioe dentis memorauerūt: Nam Erasistratus plumbeum inquit odontagogum, quod nos dentiducum dicere poterimus, apud Delphum in Apollinis templo ostentationis causa propositum: Quo demonstratur, oportere eos dentes auferri, qui sint faciles, uel mobilitate laxati, uel quibus sufficiat plumbei ferramenti conamen ad summū. Sic autem putant, quod omnis dens dolore uexatus, & qui necet sanos, est detrahendus, oportet etiam omnes auferri, si omnes fuerint dolore possessi. Quo modo autem sint auferendi dentes exesi uel moti, nisi seruari potuerint, libris medicinalium Responsonum docuimus. Ac si aliquando ex humore gingiuarum

Medicamina
indoloria
ἀνιδύματα

ἀλλοίως
ferreici.

Instrumentū
στίνχυτον
ἀποφλεγματισ-
μός

Erophilus.
Heraclides
Tarentinus.
Erasistratus.
ὀδονταγωγόν.
Dentiducum
plumbeum.

Cum uisi fuerint commoueri, oportet constrictiuis uti collutionibus, quarum materiae ex parte superius diximus adhibendum oleum lentiscinum, & aquas coelestes, & lac asininum: est enim densabile: Item decoctio mali punici, uel gallae, aut acatiae, aut rosae, aut murtae nigrae, aut mali cydonij, uel platani baccae. Vngendae praeterea gingiuae medicamine, quod appellamus diamaron. Item diaporos & diaroos, & diomphacion, & cenanthio. Item si quaedam emerferit gingiuarum sanguinatio, corallij tusi puluis cretus, atque intus ponendus & alumen cum melle. Item eruca cum aceto apponenda. Sed haec sunt primo concoquenda iugij motu uersata.

DE APPREHENSIONE, SIVE OPPRESSIONE, QUAM GRAECI CATALEPSIN APPELLANT. CAP: V.

Χρυσίππου
Νικεράτου.



Celii libri cele-
rum passionū

Hanc passionem ueteres tanquam specialem, uel propriam tradiderunt, quasi nullo ex genere uenientē, ut Chrysippus memorat, quod de ipsa Niceratus conscripsit librum, probans scilicet etiam ueteribus medicis cognitam, quod nos confirmamus. Sed quia nunc tarda, nunc celerā methodicis adprobatur, quanquam sit à nobis celerum passionum libris plenissimè tradita, etiam nunc erit ordinanda: Quippe saepe in tardum ueniens motum, & propterea chronia nuncupanda. Sequitur autem patientes febricula, et uocis amputatio cum oculis patientibus, atque inpalpebratione: difficilior eo tempore quo statum sumpserit accessio, & omnis immobilitas, cum palpebrarum impossibili atque horrenti positione, quae declinatione facta aliqua ex parte accipiat motum: Etenim ad mota manu ac digitis, contractis oculis tenus palpebra recognoscitur aegrotantis, atque obtutu inter nota translatione manus in qualibet parte declinata sequetur conuerso scilicet uultu. * Dehinc in clamatū intendunt, lachrimantes sine ulla responsione: Et si odora-menta iucunda fuerint admota, declinatione quadam moueri intelliguntur, frequenter adducentes spiritum hauriendae exhalationis causa. Ac si tetra odora-menta fuerint admota, recusare uidentur ac fugere. Item dulcia atque amara ori admota labijs uel linguae illita sentiunt: non aliter si ulla fuerint punctio-
ne pulsati, ex nostro officio tentam manum suo replicant uel colligunt. Item lacessiti collugent, ingemunt, attestante uultus rubore cum pulsu magno ex uehementibus atque fortioribus saltibus confecto. In declinatione uero plurimus saepe sudor sequetur, ac feruens, & in dimissione limpidae synceritati proximi efficiuntur. Ac rursus in accessionem si redeunt aegrotantes, peiorante passione plurimus feruor accedit cutis, & spiratio celerrima, quam Graeci tachypnoean uocant, oculorum conuersio, manuum contractio, sudoris ignei defluxio, maculis emergentibus in thoracem atque uultum, & primo rotundus in similitudine ulcerum, quae iontus appellant. Item ab apoplecticis haec discernitur passio, quod in ipsis paruus atque creber pulsus inueniatur, & non ut in catalepti-
cis maior atque percussibilis, & neque iucundum, siue tetrum odorem accipiant, neque dulcia & amara consapiant. Item ab hijs qui ex stomachi passione obmutescunt. Siquidem in hijs rursus paruus atque imbecillis pulsus inueniatur, attestante singultu cum manifesto tumore in stomacho apparente. Haec est discretio similium passionum, sed ei curatio adhibenda est, quae epilepticis dicta est.

DE VOCIS

A DE VOCIS AMPUTATIONE, QVAM GRAECI PHONES APOCOPEN VOCANT. CAP: VI.

φωνος αποκοπή.



Vocis amputatio fiet ex clamore nimio, aut frigore, aut ardore, siue uisura faucibus asperatis, uel etiam tumore nimio. Fit autem obtusio sonitus emissa per spiritum uocis, atque hirta, uel aspirationis tractu grauata locutio. Recenti denique passioni, atque eius initio conuenit adhibita requies cum abstinentia cibi, & spongiarum cum aqua frigida expressarum admotio gutturis per ambitum faucium, quem antherona uocant. Ac si passio uehementescere coeperit, ut maiora deponat adiutoria, adhibenda phlebotomia. Tunc forbilibus cibis nutriendi, adhibitis etiam gargarismis ex oleo dulci atque calido, siue calida ex oleo uel aqua mulsa, aut decoctione uuarum, cantabri, ficuum pinguium, palmularum, glycyrrhizae, necnon etiam succo alicae, uel ptisanae, ut ex eorum uaporatione, siue exhalatione accensum spiritum rapiant aegrotantes. Tunc etiam spongiarum adhibenda uaporatio, atque usus electariorum ex melle decocto, & nucleis, & lini semine, & ouorum uitellis, & draganto ex mulso & uino praemollito. Dehinc forbili ex amygdalis medicamine utendum. In declinatione uero lauacro atque uario cibo, & uino, deambulatione, uel gestatione. Ac si querela tardauerit aegrotantium, erit in lenimento adhibenda drimyphagia, dropacismus, defricatio. Tunc etiam uomitus ex radicibus, atque uaria gestatione, & uocis exercitatione, quod Graeci anaphonesin uocant, adhibito praepatore, sicuti iam dudum docuimus, temporum ordine seruato. Adhibenda etiam & arteriaca medicamina, quae partes in passione constitutas exercent, a Graecis amyctica appellata. Quorum compositionem libris Medicaminum conscriptam dedimus.

ἀναφώνησις.
Medicamina
ἀρτηριακά.
ἀμυκτικά.
Libri medicaminum Celij.
κατάφρονες.

DE INFLUXIONE, QVAM GRAECI CATARRHON VOCANT. CAP: VII.



Iet influxio nunc ad nares, quae appellatur coryza; nunc ad fauces, quae appellatur branchos: nunc ad thoracem uel pulmonem, quae appellatur ptysis. Sequitur autem eos qui coryza uexantur, grauedo narium & frontis, constrictio fluorum oris tenuissimi primo, tunc crassi atque uiridis, sternutatio iugis, cum lachrymatione oculorum, acrioris qualitatis uel mordentis. Aliquando etiam tussicula impar atque obtusa apprehensio. Item consensus sessio oculorum, cum capitis atque uultus inflatione. Eos autem qui faucium inflatione uexantur, siue quod Graeci branchos, quam nos rauicitatem uocamus, sequitur pruritus quidam secundum fauces, atque titillatus, uox obtusa & grauis, & impedita locutio, ut se praefocari sentiant aegrotantes. Aliquando etiam tussicula, & transuoratio difficilis, ac si ad pulmones fuerit facta defluxio, thoracis grauedo sequetur, & tussicula uehementis, cum sputis spumosis atque crassioribus, tum saniosis, attestante difficultate spiritus, quam Graeci dyspnoean uocant. Aliquando etiam febricula, quae noctis initio sumat exordium, cum uocis obtusione, & uomitu cibi. Sed haec passio a peripleumonia discernitur. Siquidem sit una ex tardis passionibus, & neque celeri atque acuta febricula corpus afficiat. Item discernitur a reumatismo thoracis, siue influxione, quod caeteris communibus signis sequentibus dolor etiam inesse uideatur in ea parte thoracis quae pati perspicitur.

κορύζα.
βράγχος.
πύσις.

δυσπνοία.
περιπλευμονία.
ρευματισμός.

E citur.

Citur. Sunt autem antecedentes, ex quibus influxiones supradictæ nascuntur, ut sæpe probatur perfricatio profunda, uel extensio uomitus. Veterum igitur methodicorū alij stricturam hanc passionem uocauerūt, uelut expressis humoribus atque coactis, in alia uenire loca eam fieri asserentes: Alij solutionem, ut

Theffalus. Theffalus manifestat, atque eius decessores, ut Themison. Mnaseas uero &

Themison. Soranus, cuius etiam nos amamus iudicium, complexam inquit esse passio-

Mnaseas. nem, & nunc strictura superante, nunc solutione: Etenim constrictio atque do-

Soranus. lor accidentia sunt stricturæ, quæ Græci symptomata uocant. Multorum uero

συνήματα.

liquidorum egestio solutionis est signum. Quapropter obtinente strictura conuenit ægrotos iacere loco lucido mediocriter, atque calido, adhibita abstinentia usque ad tertium diem, quem Græci diatriton uocant, cum requie corporis atque animi, appositis lanis limpidis ac mollibus, oleo dulci atque calido præinctis, colla circumdantes & thoracem. Tunc oris collutio adhibenda, siue fotus ex aqua calida. In ipsa autem diatrito perungi ægrotantes oleo calido atque dulci, fouenda facies ex aqua calida. Cibus dandus sorbilis ex alica uel farre, oleo & anetho, uel paruo sale confecto, uel ex melle, aut alica ex mulso confecta sorbilis transuoratio non sine cautione atque coniectura utriusque passionis, ne alteram faciat superiorem. Ac si passio permanferit, alia die cataplasmata laxatiua adhibemus, hijs scilicet partibus quæ fuerint in querela. Tunc cucurbitam infigentes scarificabimus, ac deinde spongijs uaporantes loca relaxamus, aut calidis lanis contegemus narium partes. Tunc gargarismum dabimus calidum mulsum, aut decoctione cantabri, & palmularum pinguium, & noxarum,

Electarium. & glycyrrhizæ, uel eius succo resoluto ex aliquo liquore laxatiuo. Itē electariū

D dabimus ex lini seminibus & sesami frixi acetabulis singulis, & oui elixi uitel-
lo, & nucleis numero uiginti, & amygdalis amaris expolitis decem ampli drachma una, traganti drachma una, passo cretico demollito, & mellis decocti sufficientis: quod medicamen in auellanæ modum sumptū sub lingua teneant ægrotantes: Tum defluens ac desiccatum sensim atque paulatim transuoret, uel mel oleo concoctum. Multi autem sub fabam fractam, quod Græci etnos acton uocant, idē linguæ suppositū ac defluens transuoretur, quo asperitas arteriæ liniatur. Vel ex amilo, & ex menta, & amygdalis amaris confectum medicamen, quod habeat palmularum dulcium co. tritarum drachmas octo, & nucleorum drachmas quatuor, & amygdalæ purgatæ drachmas duas, glycyrrhizæ succi obolum unum, hoc est, drachmæ partem sextam, draganti drachmanam

Vinum pro-
tropum. unam, collectis omnibus atque infusis ex uino protropo. Ac si uenter officium non agnouerit, simplici uentris laxatiuo utendum: Et si fuerit caput grauatum,

adhibenda detonsio, appositis deinde laxatiuis medicaminibus. Tunc cibus alternis diebus dandus. Cum autem passio mitescere cœperit, danda olera, ut malua, lapathum, atriplex, quam Græci andraphasin uocant, beta cum pitæ næ succo, uel alica, aut mullo, & pisces teneri, & uolantū teneriora. Ipsi etiam locis apponenda cerotaria ex meliloto cōcocto confecta, uel malagmata simplicia. Tunc lauacrum atque uinum adhibendum. Ac si superans fuerit defluxio, quæ Græci reumatismū uocant, simili abstinentia utendum est frequenter: Sed frigido atque obscuro mediocriter loco ægrotantes iacere iubemus, & abstinentes à potu, quo sitiendo siccentur. Cuius usus cum fuerit permissus, uel oris collutio frigida ex aqua paulatim atque parua probatur. Tunc appositio spongiarum ex aqua frigida expressarum, uel pusca iisdem partibus quæ fluore uexantur, hoc est thoraci atque gutturis summitati, quam Græci anthereona uocant.

ἀνθήριον.

cant.

A cant, nos rumam, aut lanæ limpida infusæ oleo uiridi conueniunt. Dehinc dabimus ore continendā, uel gargarizandā aquam frigidam, uel puscā, aut suc cum herbæ calidarīs, quam Græci helxinen uocant, aut plantaginis, quam ijdem arnoglossam uocant, aut uuam lupinam, quam strychnon nominant, aut intybi, aut endiuia decoctionem, aut buxi, aut rosarum. Item lenticulæ, palmarum thebaicarum, lentisci uirgultis aut rubi, quam bathon appellant, singulis, uel in unum mixtis pro passionis magnitudine. Aliquando etiam diamoron, siue diasycaminon, cuius nota compositio, atque Medicaminū libris tradita comprobatur, ex aliqua supradictorum liquore soluta. Tunc etiam epitemata cōstrictiua adhibemus, ut est mel decoctū cum alumine schisto æquis ponderibus, uel aceto & aloë, aut ex palmulis, & malis cydonijs, & hijs similibus. Item cucurbitam constrictiuam, & electaria, uel catapotia, ut est diacodon simplex, & uinum † sciuelliticum coctum, do nec mellis habeat crassitudinem, solum uel cum melle admixto etiam cumino. Item creticum uinum, uel passum similiter decoctum, aut tyrrhenum, uel protropum, & omne quod adiuncta dulcedine constringit, ut arteriam leniat, atque desiccet humorem. Item mel admixto modico cumino concoctū, uel perlicæ lachrymo, uel plantaginis aridæ contusæ, atque cretæ puluere, uel rosarum aridarum, & aluminis. Item troscisci medicaminis trigoni appellati. Tunc cibi ordinandi supradictis iam dudum temporibus, sed constrictiua qualitatis, ut est oryza, uel alica ex pusca, uel aqua frigida confecta, aut decoctio palmularum thebaicarum. Item oua hapala, uel pultes paruissimo atque uiridi oleo confecta, oryza uel milio, aut pulentofrigo, aut alica, aut farre, aut ex amylo, uel ex ges asteros, & melle decocto admixto quiddam supradictis, quo coagulentur, & uirtutem medendi maiorem sumant. Item thebanarum palmularum decoctarum admixtione in pulmentis uti possumus, uel ex aridis palmulis pane confecto, & oleo uiridi, atque rore syriaco, uel aceto, & galla. Ipsa quoque pulmenta, aut cibos aridos dare debemus. Tunc hapala oua, uel lac, decocta cum amylo ad modum cotylæ, uel duarum, quod est pondus unciarum decem uel uiginti. Dehinc danda olera constringentia, ut intyba, plantago, cauliculi. Sed hæc omnia cocta, atque aceto condita. Tunc pisces durioris corporis, atque uolantia non pinguis, sed magis torrida, uel ex aceto & aqua cocta. Tunc declinante passione uinum dandum est asperioris naturæ. Dehinc adhibenda gestatio præfecto ore, quo spiratio nulla tangatur iniuria, dehinc lauacro utendum. Ac si passio tardauerit, superpositionibus ac lenimentis uariata, erit in lenimento adhibenda deambulatio, & uocis exercitium mite. Tunc leuis unctio ac defricatio, & cibi ex media materia dandi, scilicet pro qualitate passionis solutione aut strictura obtinente, qui erunt quodam profectu augendi aut minuendi per regulam cycli, usque ad uolantum atque agrestium, & porcinae carnis percoctam partem tertiam: Sicq; panem ante pulmenti oblationem, si obtinens fuerit fluor, cum aqua. Dabimus etiam uuarum fabrilium uel pensilium siccatarum acinos, uel intybi thyrsu aceto præinctum, adhibito lauacro longo dierum interuallo, tum drimyphagia. Dandum etiam lasar cum aceto atque liquamine: ac deinde locis patientibus adhibendæ cucurbitæ recorporatiua, quas Græci metasyncriticas uocant, & maxime anthereoni, hoc est thoraci, uel gutturis circulo, quem rumam uocamus. Tunc resinæ cabialis, hoc est dicaminis illinimentum uel dropacis. Dehinc etiā ex puluere nitreo lacera fricatio, quam Græci mixim


Alumen
 αχισόν.
 Alias, αθηά
 loo,
 ardens.
 Forte, squil
 liticum.

Medicamentum
 τριγόνου.

γύρ ἀσπ.

Oua ἀπυλκ.
 *

μύστι.
 σμήγματι.



C libris, uel lemnida cum oleo, aut piretro cum pipere. Item unctiones ex syriaco, & opobalsamo, & laurino, atque irino oleo, & butyro, & pice liquida apponenda naribus, atque narium cauernis. Tunc etiam sinapismus, & gargarismata ex sinapi, uel aqua marina, aut decoctione thymi, origani, hyssopi, glaucij, quod nos pulegium uocamus, & horum similibus. Dehinc mutatio locorum appetenda, & magis maritimorum, tum usus aquarum naturalium, ex quibus erit caput fouendum. Decessores uero medici, nondum

Erasistratus. rigore methodico obtinente, in quibus est Erasistratus, secundo libro Salutarium

Asclepiades. rium praeceptorum, & Asclepiades tertio Celerum passionum, item The-

Themison. mison Salutari libro, atque primo Tardarum passionum, quas chronias ap-

pellant, meratum potum dari iusserunt. Ait enim Asclepiades duplicandam uel triplicandam quantitatem uini solitae temperationis, adeo ut uni cyatho unum admisceri iusserit, quo uini & aquae quantitas coaequetur. Sed hoc fa-

Asclepiadis li cit in tardante passione: Etenim recentem atque nouam curans, libris quos

bri salutarium ad Geminium scripsit salutarium, uinum prohibendum tradidit. Erasistra-

ad Geminium. tus uero etiam pileum uini calidi infusione inflatum capiti imponendum iubet.

Lateribus uero ac praecordijs lanas apponendas, uino atque oleo calido madefactas: Quorum primo neruorum uitibilis est merata potio, atque capiti faciens inflationem: Dehinc etiam abstinentis uino, uel solutae consuetudinis grauabilis atque noxius est usus pilei uino calido praefusi, uel lanae tinctae lateribus ac

Lusius. praecordijs circumpositae ob dolorum uehementiam. Item Lusius secundo li-

D bro Tardarum passionum, cum de hijs quae faucibus accidunt disputaret, hoc est de supradictis fluoribus, etiam aridam ficum torridam, atque uino infusam ante cibum dari iubet: Siquidem rudis atque noua difficilissima sit digestionis. Sed

hinc ait mixtum calidum sorbendum, hoc est, uinum cum aqua supradicta meratum. Idem admixtam sandaracham, quae sit ex oui albore conspersa, in quantitate oboli unius igni imponendam iubet, uel radicem herbae tunficularis, quam uehion appellauit. Tunc per infundibulum ore rapere fumum adducto uento imperat aegrotantes, cum sit capiti uehementer contraria supradictorum incensa fumatio. Generaliter autem, atque communi repulsione arguendos Erasistratum & Asclepiadem arbitramur, primo quod non uiderint pro passionis motu in curationibus urgentiora nimis praeposenda. Themisonem uero & Thessalum, memorantes constrictiuam curationem libro haec * demetico atque

secundo Regulari, quem dieteticum uocant, culpandos arbitramur, quod non uiderint aliquando stricturam fieri superiorum. Item plurima sulphureosa admiscenda quod satis sit probauerunt, & lanis quibus thorax circumdatur aspergenda. Ordinantes etiam odoramenta yris illyricae aridae contusae, atque eius oleum. Item opobalsamum, & melantium lineolo ligatum naribus aiunt frequenter admouendum, & anisum, & cuminum, & rutam, & antiflorum, uel distillationem amaracini olei, & samfucum, & styracem, uel ex eo oleum confectum, quod styracinum dicitur. Item hedicroum, uel murrum cum thure & sulphure, & radicibus sylphij, quae omnia caput implent, & propterea sunt euitanda magis accessionis tempore. In lenimento uero ratione recorporatiuae uirtutis, atque interiecto tempore per interualla adhibita poterunt iudicari.



Tussicula nunc arida, nunc humecta corporibus irruit, multos ac pingues humores excludens: & quibusdam sola, quibusdam adiuncta respirationis difficultate, quam Græci dyspnoean uocant: Item cum sanguinis egestione, aut phthistica passione, uel horum similibus affectis corporibus. Sed de hijs tussiculis quæ aliarum fuerint appendices passionum, singulatim scribentes docebimus. De hijs uero quæ suæ sunt, atq; propria uexatione corpus afficiunt, nunc tradimus curationem: quæ ita erit adhibenda, ut de catarrho scribentes docuimus: discreta scilicet specie, quo possint electaria, atq; pota medicamina, uel catapotia, siue alia quæq; sub regula medicinali recte mederi corporibus. Monendi etiam ægrotantes, ne ultra modum competentem retinendo spiritum alterent potius tussiculam quam mitigent. Quod quidem si fuerint moderati eius motu, facilius amputare quantum datum datur spiritum continendo. Tum apponendum per quod æger adducto spiritu accipiat uaporem ex mulso, uel alica, aut succo ptisanæ, uel eorum quiddam sorbeat, aut ex aqua calida uaporem accipiat. Videnda etiam uua, ne ob tumorem sui aut indulta laxitate tussiculam prouocet: Tum gargarismatibus, uel inunctionibus utendum, circa thoracem atq; gutturis summitatem, quam Græci anthereona uocant. Epithemata etiam apponenda, & nunc laxatiua, nunc constrictiua, quorum species ex antedictis erunt accipiendæ, ne sæpius eadem dicere uideamur.

DE SANGVINIS FLVORE. CAP: IX.



Sanguinis fluor occultis ex locis ueniens uelut sæpe salutaris est, ita uehemens ingerit periculum, & quibusdam extemplo ob redundantiam floris celerem mortem corpore dissecto, & quibusdam in postremum effecta phthistica passione, uel uulnere non coeunte: siquidem primo tumeat, dehinc excorietur, atq; fluidum ex uapore fiat. Sunt autem quæ conuentum siue glutinationem uulnerum impediunt plurimæ, uel innumerabiles causæ: Etenim natura altiora plurimum feruere necesse est, atq; fluida qualitate manare, & multo uel assiduo motu pulsari. Obstat etiam, quod occulta atq; alta, atque celata sint uisu, & à uicino medicaminum tactu remota: Frustrantur etenim frequenter eorum illata qualitates, priusquam locis patientibus aduenient itineris derimento, cum non statim, uel extemplo illibata partibus patientibus admouentur. Sunt autem passionis antecedentes causæ, ut sæpe approbatum est, percussio uel casus: item exclamatio, uel ponderis perferendi conatio, uomitus uehemens, aut Venus plurima, & tussicula perseverans: Item abstinentia hæmorrhoidarum ueterum, quæ fuerint inertia amputatæ, nec iuxta methodicam rationem curatæ: item catarrhus. Sed non erit secundum has differentias curationis regula commutanda. Nominatur autem sanguinis fluor duplici significatione, propria, & abusiua: Nam propria est, qua ex supernis partibus labens fluor significatur, ut de capite per sensuales uias: Abusiua est, qua etiã ex inferioribus ascendens fluor significatur, ut expulmone uel stomacho, nausea aut tussicula exclusus: Impropiu est enim fluorem uocare id quod ascensu quodam, non lapsu fertur. Sed hæc Græci uersa uice posuerunt, deriuationem nominis intuentes: Hic enim anagogen uocant, quod magis ex inferioribus ad superiora fluorem significat. Differit præterea fluor sanguinis à sputo, quod neq; fluor sanguinis sputus

Notandum.

Inertia dixit pro citra artem.

ἀναγωγή.

A uero differentiã dicimus, siue putredinis, uel defricationis, cum adfuncto humore purulento sanguis excluditur, & non repente uel coadceruatim: præterea antecedente longi temporis, uel multorum dierum tussicula uel catarrho. Item sudationis dicimus esse, cum nullus fuerit uulneris sensus, aut acceptorũ cibo uel potu acriorũ materiã mordicationis affectio. Qui sunt loci ex quibus sanguis fluit? Loci sunt plurimi, summitas faucium, arteria asperior, quæ etiã faux nuncupatur, pulmo, thorax, hoc est, membrana quæ interius latera cingit, à Græcis hypozygos appellata. Item membrana quæ thoracẽ à uentre discernit, à Græcis ^{υποζυγος} diaphragma ^{διαφραγμα} appellata, quam nos discrimen ^{Discrimen} dicere poterimus. Item stomachus, uenter, & secundum aliquos iecur, ac lien, & uena maior, quæ spinæ coniuncta est. Quomodo intelligimus ex quibus locis sanguis feratur? Intelligimus locos ex quibus sanguis, fluor, uel lapsus fertur: quod erit aptissimũ, ob adhibendam curationem iisdem, uel eorum uicinis partibus: & non, ut quidam existimant, commutandæ curationis causa, cum generaliter eadem cunctis adhibenda probamus. De hijs igitur qui ex supernis faucium sanguinẽ fluunt, primo paruus intelligitur ferri, aut si plurimus, non spumofus. Præterea cum quodam excreatu despuatur, ipsæ quoq; partes sumpto cibo uel potu, aut gargarisimã mordicantis materiæ dolore pulsantur, & inspicientibus nobis expressa lingua uisu locorum probatur asperitas. Plerunque etiã, ut Erasistratus ait, tubercula, quæ Græci condylomata uocant, uisibus occurrunt, quæ sint similia ^{υνοουλιμματα} hæmorrhoidis, ex quibus sanguis fertur. Hijs uero qui ex arteria sanguinem fluunt, paruus atque flauus sanguis ferri perspicitur: & sæpe saliuus uel humoribus complexus in imaginẽ capilli unius aut multorũ. Sequitur etiã pruritus uel mordicatio, & magis circa extantiam gutturis, cum quodam titillatu & tussicula leui. Tum deinde plurimus sanguinis fluor, uox hirta cum dolore, qui nunc tactu moueatur, nunc tussicula uehementi plurimus, tenuis, & spumofus, & plurimum feruens sanguis excluditur, attestante thoracis grauedine, & aliquando dolore cum uoce hirta, & sæpe cibo quodam cum infractio sonitu eo tempore quo sanguis excluditur. Hijs uero qui ex diaphragmate, quod iam dudum discrimen uocauimus, & cetera prædictos sequentur communia. Sed dolor inferius à pectore fiet rotunditate quadam thoracẽ pungẽs. Eos autẽ qui ex hypozygo sanguinem fluunt, multa similia supradictis sequentur, sed dolor secundum latera uel pectus, aliquando etiã inter scapulas fiet: Ipse quoq; sanguis minus flauus minus excluditur. In eos qui ex stomacho sanguinẽ fluunt, sine ulla tussicula uomitus sanguinis sequetur nigri atq; gelati, & nunc solius, nunc cũ admixtione cibi, attestante dolore inter utraq; scapulas ad superiores tendentẽ, & magis eo tẽpore quo quædã remordentia transuorauerint ægrotantes. Accedit etiã animi desponsio cum fastidio cibi, & saliuarũ fluor, & corpore frigidò, & pulsu obscuro uel demerso. Hijs uero qui ex uentre sanguinẽ fluunt, cum supradictis, quæ sunt cunctis cõmunia, sequetur etiã dolor & mordicatio, uel tormentũ inter præcordia, & aliquãdo sanguinis particula per officium uentris excludetur. Item hijs qui ex iecore uel splene sanguinẽ fluunt, uel ex uena magna, quæ spinæ coniuncta est, ut quidam memorant, sensu loca designantur: Nam in dextera parte præcordiorum dolore aurigineo sequetur eos qui ex iecore fluunt. Item in hijs sinistra parte præcordiorum hæc accidunt, quoties ex liene sanguis ferri perspicitur: uel secundum spinam, quoties ex maiore uena ferri dicitur. Sed hæc Soranus alta consideratione ex hijs locis per uentrem, uel per eius officium ferri sanguinẽ magis quã per os posse credibilis

E 4 approbauit.

- C** approbavit. Hijs uero qui ex gingiuis, uel uua, uel faucium lateribus, uel tonsillis sanguinem fluunt, supradictorum nulla sequentur, sed locorum uulnerationem ore aperto oculorum approbat uisus. Item hijs qui ex capite sanguinē fluunt acceptum primo, uel exceptum internis uisceribus, atq; ita redditum, si in arteriam deflexerit, excludunt. Deinde cum tussicula uehementi etiam, quam de pulmone feratur similitudinem dabit. Sin uero in stomachum deflexerit, uel uentrem, commota nausea uomitur, etiam quam ex iisdem locis ferri uideatur similitudinem dabit. Sed discerni hoc facile potest, si quidem ægrotantibus feruor igneus ora pertractans antecedit, & capitis grauedo uel dolor, & extensio uenarum, & magis earum quæ tempora uel frontē cingunt. Sequitur etiam faucium titillatus, & aliquando per narium quædam sanguinis distillatio, uel per eas cauernas quæ ad fauces ex capite descendunt. Quod aperto ore, atque experta lingua uisu probatur, & uicina loca quoq; sanguinolenta apparebunt. Aliquando etiam remeantis materiæ causa laxiora transuorationis efficiuntur loca, & ægrotantes ex creatu quodam sanguinem respuunt accipientes ex supernis adducto spiritu, ut sæpe muculenta consueuerunt dormiētes. Præterea in ore collectus excitat sanguis, uel transuoratus, & in stomachum, uel in uentrē ueniens premit permanens ægrotantes, aut reiectus releuat. Et hijs qui passione afficiuntur, acceptis uel transuoratis remordentibus materijs nullam interiorū mordicationem sentiunt: Quod necessariō eos qui ex stomacho fluunt sequitur. Ac si in arteriam fluxerit, tussicula rursus excludetur. Quo reiecto ægrotantibus tussicula mitigatur: Siquidem nulla inesse uideatur interioribus remanens causa, quæ tussire prouocet ægrotantes: nisi forte, quod est rarissimum, aliqua corpuscula gelati sanguinis inhæreant interioribus locis. Item de pulmone fluens discernitur, quod iam præcedente tussicula in fluorē ueniant, inde tussire non desinant. Communiter autem, cæteris inter se paribus signis, ex arterijs ueniens sanguis tenerior, ac rubri coloris, & spumofus esse perspicitur: ex uenis uero crassior, & atrii coloris. Hæc est locorum singulatim posita significatio.

DE EFFECTV SIVE EXITV SVPRADICTARVM PASSIONVM QVEM GRAECI APOTELESMA VOCANT. CAP: XII.

ἁποτέλεσμα.

Erasistratus.
μικροτραχειοι.



Asclepiades.

Soranus.

Væsitum de euentu, siue exitu, uel effectū passionum: Nam Erasistratus facile curabiles succulentos homines dixit atq; fortes, & paruicolles, quos microtrachelos appellauit, hoc est, qui minimæ longitudinis habeant colla. Difficile autem curari posse tenues ac debiles, & porrecta collarū longitudine formatos: In hijs enim, inquit, summa cum difficultate sanguis & tussis plurimam per longitudinē tractus, & quod obsident uuida plurimo tempore habitudinem gutturis siue cannæ, quam arteriam uocant, & ob hoc graues atque tardas tussiculas faciunt. Item Asclepiades difficile curabiles inquit succulentos atque carnosos, ob uehementiam spirationis. Eadem ratione etiam ætates medias, & pueros: celerius etenim inquit spiritum ferri, & in sputis perficiendis offensione carniū retardari. Plurimi deinde etiam affectiones uitæ quæsierunt, & regiones, & temporū annales partes. Item per putredinē factum fluorem difficile curabilem dicunt, ab eo qui eruptione fuerit effectus: siquidem putrefactæ partes non coëant. Nos uero iuxta Sorani sententiam fluores sanguinis alios dicimus esse nouos corporibus atque recentes, alios tardi temporis atque

A atque inueteratos, & alios solos, alios cum tumore, alios etiam cum febricula
 & cussicula, & alios iuges, alios dimissionibus intercapedinos, ordine serua-
 to, aut inordinatos, & insuper positionibus aut lenimentis magnis, aut paruis,
 & detracta uirium fortitudine, ac seruata. Hæc sunt enim urgentiores differen-
 tia, secundum quas diligentiam uariamus curationis, siue seruata, siue incerto
 motu existente passione. Sed difficile curabiles fluores præ cæteris dicimus tar-
 dos magis recentibus, ob iugem perseverationem. Item cum tumore uel febrili-
 bus, ab hijs qui soli esse perspicuntur: Etenim supradicti spem futuræ conglu-
 tinationis negant: Et ob hoc complexionibus contraria sæpe adiutoria poscunt, quæ
 sint diuersis aduersa. Item iuges fluores ab hijs qui dimissionibus mitigantur:
 Etenim graue, atque minime tutum omne quod nulla fuerit mitigatione uaria-
 tum. Item inordinati ab hijs qui ordine seruato corpus afficiunt: Est enim in-
 sidiosa curationi temporum inopinata uarietas. Non aliter etiam superpositio-
 ne asperati fluores curatione difficiles ab hijs qui in lenimento constituti sunt
 iudicantur, ob prædictam rationem uulnerum. Item hijs qui plurimum corpus
 affecerint, atque uires ægrotantis insumperint. Dat etiam adiutorijs medici-
 nalibus fortitudo corporis uiam. Hæc denique etiam in uulneribus nudis,
 uenibus, uel ut specialiter diximus, athleticis, & laborantibus hominibus facilia
 uulnera fieri uideamus. Senibus uero, & omnibus imbecillibus difficilia. Quæ
 propter etiam uacuis, uel in exercitatis corporibus Asclepiadis dicta minime
 conueniunt. Item ulceratione facti fluores difficiles curatione ab hijs qui eru-
 ptione fuerint affecti iudicantur. Siquidem transceso, atque prætermisso initio
 nouitatis fructu caruerint, quo facilis glutinatio fieri solet: negat enim tarditas
 facultatem. Item eruptione facti fluores ab hijs qui sine eruptione fuerint diffi-
 ciles sunt curatione: Eius enim factæ glutinationes alterius passionis initium re-
 ferunt. Item ex partibus multis modis factos fluores, ab hijs qui paruo motu
 agitantur difficiles curatione accipimus: Est enim motus coherentium partium
 disiunctio. Item ex occultis partibus uenientes ab hijs qui proprias tenuerint
 partes: Etenim adhibita adiutoria occultis uel celatis partibus uitiata suæ uirtu-
 tis sinceritate perueniunt, sanis primo locis excepta, ac deinde transmissa. Hijs
 uero qui ex primis locis fluores indomita adiutoriorum uirtute curantur, de-
 nique a stomacho, uel uentre, aut faucibus uenientes, facile curabiles approba-
 mus: Etenim pota medicamina patientibus primo locis adueniunt, & non ni-
 mio, aut iugi naturæ motu exercitatis. Hijs uero qui ex hypozygo membrana
 fluores uenerint, difficiles curatione iudicantur: & magis si ex diaphragmate,
 quod nos iam dudum discretorium diximus: Item ex arteria, hoc est pulmonis
 calamo. Omnium præterea difficilis atque grauior curatione ex pulmone fluens
 accipitur, ob iuge spirationis officium: Hijs enim qui omnem fluorem de pul-
 mone uenientem incurabilem dicunt, assentiendum non est: Sed iuxta Sorani sen-
 tentiam difficilis est eorum curatio iudicanda: quippe cum uulnerationibus thoracis
 sæpe pulmo penetratus non intulerit mortem, ut hijs exclusis uel cadentibus, febrili
 adhibita decisio in cicatricem uulnera fecerit conuenire, ut omnes approbent Chirur-
 gi, memorantes in bello quædam sagittarum penetrato pulmone conualuisse, san-
 guinem à sagitta uomuisse, nec tamen mortem fuisse consecutam. Hæc sunt quæ de
 effectu, siue de euentu fluorum credidimus ordinanda: Etenim ex capite uenientes fluor
 generaliter est curatione facillimus: siquidem non multos sustineat motus. Nunc
 nobis necessarium dicendum remanet, ne cui cœnoteteli sanguinis fluor adscribatur.
 Aliqui

διδραγμα
 discretorium.

C Aliqui etiam Thessali sectatores recentis incisuræ, siue uulneris passione subiggi dixerunt: Non enim oportet locorum differentia cœnoteton mutare uirtutem externam. Igitur corporis eruptionem recentem dicimus incisuram, quod erit consequens, ut etiam interiorum eruptio huic cœnoteti subijciatur. Sed hijs respondemus, quoniam passio non chirurgiæ, sed dieteticarum traditur curatione: Omne etenim adiutoriū, quod adhiberi uidetur supradictis fluoribus est dieteticæ partis, non chirurgiæ. Quapropter dieteticas scriptores libris regularibus, quos dieteticos uocant, de hæmoptycis scripserunt, quos nos sanguinem spuantes nuncupamus. Chirurgi uero in chirurgumenis hoc memorare non ausi sunt. Ipse quoque Thessalus secundo libro Dietetico de fluore sanguinis scribens, nihil in chirurgumenis memorauit, & improprie, quod sola dieta curetur, in adiutorijs adhibendis chirurgiæ cœnoteta scribere. Nos uero iuxta Sorani iudicium, siue in exterioribus, siue interioribus corporis eruptionem factam recentem diuisuram recte dici probamus, atque etiam solutionem cognominamus, sed in exterioribus attentionem recentis uulneris iudicamus: Hæc enim nos necessariò rapit, siquidem solutioni diuisura dominetur, & figmentorum uel fabularum coniunctionem ex initio deposcat, atque hæc diuisura aptissima uideatur, quæ non in omnibus sunt congrua solutioni: Etenim sagittarum diuisuræ laxatiuæ necessariò accipiuntur. Interiorum uero eruptionum diuisura surgente solutionis cœnotetam ipsam magis cogimur iudicare: Si quidem prior oculis occurrat solutio, ac deinde diuisura ratione atque intellectu mentis apprehendi uideatur. Secundo, quod cum sint multæ differentia fluoris sanguinis, omnes uni subijci solutioni, hoc est, eruptionis & ulcerationis, & sudationis, quæ non cogatur. Hæc causa fluoris differentias querere, aut aliam cœnoteti eruptionem adscribere: aliam ulcerationem, & non eidem sine ulcere uel ruptione, uel emissionem emissum fluorem. Tertio, quod nullo adiutorio chirurgiæ uti cogamur, sed omnibus congruis solutioni, qua sæpe consequenter etiam glutinationem partium perfecerunt. Ad summum quidem, est recens incisura siue uulnus cœnotetes, sed ex medicaminum regula, quam Græci pharmachian appellant, dieteticæ parti ingesta apte curatur: Quibus etiam supradicta passio concuratur, obstinente iudicio solutionis. Hæc sunt fluoris sanguinis cœnotetes: Eas enim qui hijs cognominari atque conscribi possunt præscripta lectione tradidimus. Nunc curationem necessariò ordinamus.

DE CURATIONE. CAP: XIII.



Portet igitur ex qualibet parte sanguinem fluentes iacere loco mediocriter frigido atque obscuro, lecto immobili, & schemate declinato, ut paulo promptius caput leuatum habere uideantur, stramentis non nimie cedentibus, neque calidis, & ut potuerint uno atque eodem schemate perseverantes, hoc est, immobiles: præterea animi intentionibus resolutos: uehementer enim motibus corporis animorum curæ sæpius turbationes addiderunt. Erunt etiam solo consternenda folia atque rami lentisci, uitis, mali punici, talliæ, muræ, salicis, pini, & horum similibus, & quibus sine capitis iniuria constrictiuus aer adnatus atque confectus congrue ægrotantibus inspiramentis inferatur: Non enim cibi atque potus ratio ac diligentia curanda est, quæ interuallis distantibus adhibetur, quo constrictio faciant commodum, uel fluentiam retineant, potius quam aer, qui in pausabiliorem inspirationem adductus, omni parti atque particula

A particula corporis ingressu suo fluentia faciat cohiberi, miti densitate persuasa. Conuenit praeterea, aegrotantes de latiore lecti sessione declinari, ut omnifariam in mobiles curandi perseverent. Prohibere etiam occasiones, quae poterint passionem in commemoratione perducere, ut locutionis uel uisus: ne aut eadem plurimis fabulis reuoluendo, aut inspiciendo quae exclusa sunt, uiso aduerti commoueantur. Conuenit denique etiam sanguineos colores parietum, uel straminum, siue operimentorum declinare. Adhibenda praeterea cibi abstinentia, permittentibus uiribus, usque ad tertium diem, non ob relaxanda corpora, sed quo altiora, quorum est officium accepta digerere, immobilia perseverent: Omnis etenim ciborum appropriatio motu quodam necessario perspicitur: Quo fiet, ut ea quae sunt aptissime conglutinanda, motu resoluta differantur. Quapropter ob acceptorum digestionem ciborum sumi prohibemus, & abstinentiam utilissimam iudicamus. Prohibendi denique aegrotantes ab officio locutionis, ut si quid uoluerint, uisibus nutus, uel scriptura dari significent: magis quando ex pulmonis cannula, quam Graeci arteriam uocant, uel ipso pulmone, aut thorace sanguinis nascitur fluor. Conuenit etiam articulo tenacior ligatura, si uehemens fuerit: Densitati etenim articulo patientes consentiunt partes. Item spongiarum mollium ac limpidarum, & leuium, ex aqua frigida, uel aqua & aceto, uel decoctione mali punici, uel rubi, aut lentisci, aut myrrae patientibus partibus appositio, hoc est, ex quibus sanguinem ferri agnouerimus. Et erunt haec iugiter commutanda, ne naturali corporis uapore tepescant. Ac si spongia uisa fuerint aegrotantibus graues, erunt apponenda pygmata ex supradictis liquoribus infusa, aut succo plantaginis, uel intybi, aut herbae calicularis, aut uuae lupinae, quam Graeci strychnon uocant: uel semperuiuae, quam aizoön appellant, aut polygoniae, & acaciae ex aceto solutae. Ac si ex capite fuerit sanguinis fluor, erit psilothro expoliandum. Tunc fomenta adhibenda ex oleo uiridi, aut roseo, aut lentiscino, aut melino, aut murtino. Sin uero plurimus fuerit floris lapsus, radendum caput, atque gypso illiniendum, uel acacia ex aceto, magis frontis atque temporum partes. Perseuerante fluore cucurbita quoque apponenda, subiecta flamma plurima occipitio. Si autem etiam per nares ferri uideatur, erunt stypteria immittenda sicca, uel aceto infusa, uel alia qualibet ex liquoribus supradictis. Ora quoque spongia ex aqua frigida expressa iugi tactu detergenda. Tunc etiam cataplasmatum adhibendus est usus ex rebus constrictiuis atque epithomatibus, quae paulo post cum suis nominibus ordinabimus. Danda etiam aqua frigida, uel pusca frigida, aut garismus sine ullo percussu: quoties ex proximis partibus gutturis sanguinem ferri uiderimus: Ac si per inferiora, uel altiora ferri sanguinem uiderimus, sorbendos dabimus cyathos duos uel tres. Quod si minime mederi ualuerint, etiam succus plantaginis, aut intybi, uel uuae lupinae, aut polypodij, aut herbae calicularis, aut rosae offerendus, & neque plurimus iugiter, ne percussu partes noceantur, aut liquidorum influxione, quae quidem sint constrictiuae uirtutis, redundantia tamen laxare uideantur: neque rursus longioribus interuallis: Sic enim frigus a nobis illatum naturali uapore obtusum parui temporis medullam dabitur uatam. Tunc tertia die transacta, hora accessionis solitae articulos leuiter ungemus frigido atque uiridi oleo. Dehinc detergemus faciem quoque spongia aqua frigida expressa retangentes: cibum dabimus paruum constrictiuum, ut panem ex aqua frigida, uel pusca, aut alica similiter, uel oryza, decoctione thebaicarum palmarum confecta, uel eadem ex aqua recenti confectas. Aut si plurimum ualere

Cualere hæc uoluerimus, aqua cœlesti, donec liquor mellis habeat crassitudinem, aut ex malis cydonijs: Tunc etiam danda oua tremula ex pusca, aut rore syriaco aspersa. Dandus etiam panis simplex, aut infusus. Tunc interposito spacio temporis dandus potus aquæ frigidæ paruæ. Dehinc permittentibus uiribus alternis diebus æger nutriendus, etiam si nondum repressus fluor uideatur, usque ad

Themison. id tempus, quo cicatricem firmatam senserimus. Quod quidem Themisonis *Theffalus.* atq; Theffali sectatores usq; ad septimum diem seruari dixerunt, hoc est, trium *Antipater.* diatritorum spacium: Vt enim Antipater ait tertio Epistolarū libro ad Gallum

„ scribens: Naturalis est ratio trini numeri, non solum in diebus, sed etiam in o-

Soranus. mnibus diatritis. Sed est melius, ut Soranus ait, quoniã non æquali tēpore, nec dierum numero cunctis poterit cicatricis firmari soliditas, ob alias causas, & ob fortitudinem corporis, ac debilitatem, pro differentia naturali uariatam: nec nos unum atq; eundem signare poterimus finem. Dehinc sequentibus diebus aliqua erunt emplastrorum apponenda, aut epithematum constringentium atq; frigidantium: Quæ sunt plurima particulariter: Etenim Thebaicæ palmulæ uino acriori infusæ, uel aceto contritæ, admixtis malis cydonijs decoctis, aut mali punici corticibus, aut alumine, uel acacia, aut hypocistide, aut galla, aut cenanthe, aut aloë, aut cerotario ex oleo roseo confecto, uel melino, aut myrtino, aut lentiscino, aut cœnanthino, aut mixto etiam mastiche trito, aut melle decocto, galla contrita, aut aspera, aut puluere mali punici, uel mannae thuris admixto alumine Liparo, quo malagmatis sumant omnia qualitatem, tum linteo, uel panis illinita patientibus partibus apponenda. Vel illud medicamen, quod libris Ce-

Medicamen diarros. lerum passionum memorauimus, de cardiâcis scribentes, & appellauimus diarros, uel ex polento, & uirgultis rubi, uel arnoglossæ, aut herbae sideritis, uel

D uuæ lupinæ, aut caliculariæ, aut anulorum uitis, aut semperuivæ. Item intyba cum pane ex aceto, aut palmulis, aut murtæ mollibus folijs, aut eiusdem semine uiridi ante cibum offerenda, uel ante cibum elixum aut non coctum panem, & plantaginem ex aceto coctam, & uiridi oleo, asperso rore syriaco. Item bulbi ex aqua & aceto, & rore syriaco confecti dari poterint cibo. Non aliter etiam cochleæ erunt offerendæ: habent enim quiddam glutinis naturalis utraque, & compaginandi uirtutem, cum proficiente curatione. Danda etiam pomorū quædam, ut mala cydonia cocta recenti mulsio: uel torrida, præsumpto tegmine, farina conspersa, aut forba, aut mali punici grana, aut fabrilium uuarum. Item uolantium non pinguia, ut sunt pectora turdorum, uel pullorum matrem sequentium. Item columbarum, aut phasianorum, aut attagenarum, aut perdicum, quarum erunt murta pectora penetranda. Tunc etiam porcinae carnes, ce rebrum, pedes, auriculæ, ora, uel auricularum summitates, quæq; uel fuerint nutritibilia, nec tamen difficilia digestionem. Dandum etiam catapotium ex melle decoctum, sub lingua detinendum singulare, aut admixto gummi, uel draganto: Etenim sufficienter decoctum mel, sicut in externis corporum glutinat diuisuras, non aliter etiã interioribus mederi necesse est, atque iam glutinata solidare proficiente curatione. Dabimus etiam uinum, & magis illud quod fuerit mordicantis uirtutis, hoc est quoddam sensu linguam remordentis. Tunc ad summam paulatim erunt ægrotantes resumendi, cum præcautione uehementium commotionum: Sunt enim leuiter atque sensim mouendi, portatoria scilicet, uel cathedra longiore, & firmato corpore lauandi: Etenim lauacra feruoris causa atq; motus illati, quod corpora celerato spiritu agitantur recentium glutinationum, atq; mollium uulnerum redulcerantia probantur: Cum enim oporteat

A oporteat coherceri atque densari patientia loca contraria qualitate, necessariò ue-
xantur feruoris illati causa: Inflata etenim parua ex occasione, atque turgentia
redulcerantur. Præcauenda deniq; etiam uehementia exercitia, & magis reten-
to spiritu peracta: Tunc utendum peregrinatione terrena atq; maritima: Et si
corpus uiderimus non attestante fortitudine augmenta carnis accepisse, erit ab-
stinencia cibi imperanda. Tunc sequentibus diebus paruus dandus est cibus ui-
no detracto: Etenim cicatricis nouitas: quippe ex uenarum uasculis confecta
atque nondum fortificata, si carnis pondere fuerit prægrauata necessariò, rum-
petur. Semper autem oportet uentrem mitius emollire: acriores etenim clyste-
res incongruis motibus lacerant cicatrices, atque recursum faciunt passionis: ac
si uehemens atq; plurimus fuerit sanguinis fluor, erunt extendendæ adiutorij
uirtutes. Acetum denique sincere dabimus ore retinendum, uel gargarizandū, *Acetum.*
aut sorbendum, spreto quorundam iudicio, qui asperum, uel tussiculam com-
mouens, atque fluorem prouocans acetum dixerunt: siquidem etiam gelatum
sanguinem soluat: Etenim asperat, uel tussiculam commouet, si iugiter atq; im-
modice fuerit datum. Soluit autem eius percussibilem uirtutem distantia tempo-
rum oblatione uariata, quæ non sensibili tactu, sed remissibili quadam digesti-
one longioribus actibus immoratur. Item quod fluorem non prouocet demon-
strandum non est: siquidem sit manifestum, in externis corporibus uulneribus
constitutis necessariò fecisse densitatē: & propterea conducibilis atq; glutinan-
tis uirtutis fuerit approbatum. Danda etiã acacia aceto soluta, aut pulca, aut ex
supradictis liquoribus: non aliter etiã hypocystis, uel liciū indicū, aut ompha-
cium, uel balauustum, aut œnanthe, aut polios herba, aut gentiana, aut macir,
aut ponticum, uel ægyptia spina, quam acanthan uocant: quarum nunc sunt ra-
dices infundendæ, uel decoquendæ, nunc earum succi uel lachrymæ admiscen-
dæ: siquidem sint frigidæ atque constrictiue uirtutis conuenientia obturamen-
ta. Item corticis uasculi uetustissimi uini exusti triti puluerē asperum tribus cya-
this pulcæ frigidæ, aut decoctionis, de qua supra diximus, bibendum dari, in mo-
dum cochleariorum duorum: Etenim constringit cortex inueteratus, & magis
antiquissimi uini commutatus tarditate temporis aucta uirtute. Utendum etiã
trochiscis confectis ex supradictis speciebus. Item ex rosæ seminibus trochiscos,
quorum compositionem Responsum libris de medicaminibus dicentes tra-
didimus. Item quod appellatur dielectrū: item œnocraton, & alia similia: quo-
rum compositionem, ut supra dictum est, Medicaminum libris tradidimus. Ac
si coadueruatus perseverauerit sanguinis fluor, utendum etiã uehementioribus
quibus obturentur altiora, sua & teneritudinis causæ, tamen erunt ocyus adhi-
benda, ne passionis ipsius impetu in manibus nostris uitam linquere cogantur
ægotantes. Prædicto igitur periculo eorum proximis aut ministris, uel quod
producta uita spem sæpe dederint sanitatis, erunt hæc adhibenda supradicti cor-
ticis cinis exustus cum liquida pice spongiæ impressus, decoctio lentisci, & ro-
ris syriaci, & elygmaticum supradictorum suorum: Nam hæc conficiuntur hoc
modo: Agmine uitis uistis uirgultis, atq; ex eorum cinere confecto liquamine,
scilicet aqua imbrali admixta, quam uulgo cisterninam uocant, dabimus ex ipsa
bibendos cyathos tres uel quatuor, nullis alijs speciebus admixtis: Nam quidã
in hijs si febris adficiantur etiam uinum immiscuerunt uiuidum, uel spongiæ
ustæ cinerem, qui conficitur hoc modo: Spongia expressa aceto, atque pice li-
quida madefacta uasculo nouo includitur testeo: tunc circumtegitur luto, &
usque eo inuritur, donec carbonescat: Dehinc trita in puluerē, ex quo cochlea-
ris unius

Cris unius quantitas aquæ uel puscæ frigidæ mixta datur bibenda. Vel si uirtutē medicaminis augere uoluerimus, tinctam, ut supra diximus, spongiam liquidæ picis puluere bituminis aspergimus. Decoctio autem lentisci conficitur hoc modo: Eius uirgultorum sumentes sufficientem modum aquæ imbrialis infundimus sextarijs duobus. Tunc decoquimus: & cum semel uel secundo scitere uiderimus, expressas detrahimus lentisci comas: Tunc liquorem decoquimus, donec ad tertiam partem deducatur, cuius cyathum admixtum duobus cyathis aquæ bibendum propinamus. Non aliter etiam electariorum decoctio conficitur. Ob electarium autem conficiendum erunt sumenda mala punica recentia uel infusa, nisi fuerint mollia: Quibus contusis atq; compressis, aliquantū detrahimus succum atque decoquimus, donec mellis crassitudinem sumat. Et quantum medicaminis uirtutem tendere uoluerimus, tanto ualentius mala exuicamus, quo expressa ultimum atque crassiozem succum dimittant, ut etiam eorū cortex si quid humoris habuerit sudet. Conuenit etiā medicamen, quod

Themison. Themison ordinauit hoc modo: Mali punici partibus duabus aloë admixta paruicohlearis quantitate cum aqua frigida offerendum. Ac si solutio perseverauerit, addenda etiam constrictiua cucurbita patietibus partibus: Tum diateon

emiplastrum. diateon emplastrum, quod uehementer astringit, superimpositis spongijs aqua pusca infusis, ut supra scriptum, ciborum qualitate permanente. Dandum etiam no-

Medicamen ctis initio medicamen, quod diaporon appellant, uel diasycaminon, siue cata-

diaporon. potia, quæ Medicaminum libris prædiximus. Nunc autem perficienda conscri-

Diasycaminon. psimus hoc modo: Gummi & acacia æquis pōderibus, admixto alumine scisso

non. ad duplex pondus, quæ sunt colligenda decoctione papaueris, & danda quibusdam in duplicem modum. At si quisquam non plurimum sanguinem fluxerit, nec tamen materia ferri cessauerit, conuenit etiam tertia die phlebotomiam ahibere. Etenim ex eo quod sanguis ferri non quieuerit, manifeste cōijcimus glutinationem partiū non fuisse perfectam diuisuræ, siue uulneris: Et propterea in tumorem uenisse perspiciamus: Omne etenim uulnus, quod usque in tertium

Thessalus. diem glutinari non potuerit, necessarid tumescit. Thessalum denique indigna

Soranus. accusatone appetitum Sorani sententia recte purgauit: Tertia etenim die phlebotomandos sanguine fluentes constituit, nutriens constrictiuo cibo, non in-

consequentia ordinans adiutoria, sed tanquam complexis passionibus apta, ut contrarijs contraria obijcere uideantur. Ac si etiā intra diatriu tempus fuerit at-

testata partium grauedo uel dolor, aut spiratio difficilis, uel tussicula sicca, phlebotomare conuenit, atque aërem loci paruissimi trepidare, & hisdem partibus

lanas oleo calido uiridi expressas apponere, uel ob sanguinis fluorem ea ordinare, quæ glutinare ualent, sed uirtutis frigidæ non sint, neque transuorationis asperent loca, nec tumorem commoueant. Plurima dabimus etiam samia ter-

985 4017. ræ, quam ges astra uocant, uncia partem tertiam cum duobus uel tribus cyathis aquæ tepidæ. Non aliter etiam amyllum, uel argallici radicem, atque foliorum eius succum. Conuenit denique sub lingua retenta eius radicis particu-

la, siue amyli, siue terræ supradictæ. Danda etiam ex gummi siue draganto, & thure, & opio, & hijs similibus confecta electaria. Tunc tertia die accepta di-

atriu temporis obseruatione, non solius fluoris, sed etiam febrium, erunt ægro-

rantes oleo calido atque plurimo, & uiridi perungendi. Facies quoque aqua tepida fouenda: Cibus dandus complexionis passionis aptus, & pulues ex oryza uel alica frixa, siue simplici, uel milio, & decoctio calidæ, sed non oleosæ, ac po-

tius sicca, uel ex oleo uiridi confectæ, aut cum palmulis, uel amylo, admixto ges

asteros,

A asteros, aut argallici radicem incoctam. Cæteris uero diatritis, hoc est interual-
 lis dierum trino numero seruatis cogentibus doloribus erit utendum fomentis,
 acque cataplasmatibus laxatiuis: nunc etiam cum scarificatione cucurbitis, si-
 ue hirudinū appositione, quas sanguifugas uocant: Tum uaporatio spongia-
 rum apponenda. Si uero etiam fluor periculosus fuerit sanguinis, cum tussicu-
 la uel asperitate gutturis, erit utendum quidem cōstrictiuis epithematibus, sed
 calidis: Dandum etiam sorbendum mullum ex melle decocto, & a uino absti-
 nendum. Danda denique aqua potanda calida, sed paruo modo, tum sorbilis,
 quæ passioni uirtute apta mederi possunt, ut est amygdala † ex pusca in mulso † expolita.
 decocta quæ abijciēda, & admittendū amyli quantū ualeat mullum in quandā
 crassitudinem redigere. Deinde similibus electarijs, atq; sub lingua continen-
 dis medicaminibus utemur tempore amissionis, ut est mel atticū admixto gum-
 mi, uel dracanto decoctum, aut glycyrriza, uel eius succo: nisi quisquam ægro-
 tantium hoc improbauerit nausea commotus, quo eius stomachus facile mo-
 ueatur. Itē ex lini semine trito, & tracanto drachmis duabus, & amygdalis ex-
 poliatis xxv, & strobilorum granis xxx, & ouī unius tostī uitello, &
 amyli drachmis duabus, infuso passo sufficētis quantitatis, quo medicamen ele-
 ctarij crassitudinē sumat. Si uero etiam rauci fuerint ægotantes, erit mel deco-
 quendum cum cæteris speciebus singulatim, resoluto tracanto, ex infusione pas-
 si confecto: Terminatur etenim asperitas faucium, uel transuorationis partes le-
 niuntur, & tussicula mitigatur, sputa sanguinolenta reprimuntur. Danda etiam
 noctis initio, nisi febrim obstiterit accessio, simplex diacodion. Continuū ue-
 ro medicaminum usum, quæ tussicularia sunt appellata, siue eorum immodi-
 cam quantitatem necessariō fugiendam mandamus: Est enim melius simplici-
 bus atque consuetis mederi rebus: Illa enim temporaliter quidem mitigare ui-
 dentur tussientium motum, sed passionem totam faciunt deteriorem. Ac si atte-
 stante tumore fluor perseverans produxerit tempus, in iisdem perseverare con-
 uenit, quæ supra memorauimus, admixto etiam lacte. Si minui tumorem uide-
 rimus, dandum quoq; lac amylatum, & panis laganum, pultibus infusum, sed
 ex fermento confectum, quo panis habeat qualitatem, faciat etiam medelam
 meliorem. Strobilus deniq; cum suis fructibus, quod in semet habeat resinale,
 ptisana decoctus. Dehinc profectu cedente erit panis cū malua decoquendus,
 sed non exquisite conditus. Danda etiam ptisana cum lenticula, quam Græci
 psysanxon uocant, & apponenda extrinsecus cerotaria ex murtino uel lentisci-
 no, aut melino oleo confecta: Tum urgentius augenda resumptio, ut supra de-
 monstrauius: atque ita absento sanguine, quoad fiet glutinatione perfecta,
 At irruente tumore erit conijciendum, uel aduertendum, utrum glutinatio fe-
 cerit retentionem, cum neq; grauedo, neque dolor, aut punctio, uel pulsatio,
 uel saltus partium, aut extentio, uel febris cum arida tussicula, aut stridor, aut
 singultus, uel quæpiā sanitati impedita saucietas ægrum sequi uidebitur: sed sit
 æqualis atque ordinata spiratio perseverans. Tum si tumoris causa fuerit reten-
 tio sanguinis temporaliter effecta, quæ necessariō sordidum atque humectum
 uulnus efficiat, phthisicorum fluorem pronuntiamus. Tum cum producto tem-
 pore sanguinis fuerit ruptio uariata, erit curatio pro motibus temporum uarian-
 da, ut superpositionem emergentem eadem curatione curemus. In lenimento
 uero leues atque quietos adhibemus motus, sub magisterio aliptæ uel musci,
 quo etiam uocis exercitium artificis præcepta moderetur, cibus dandus ex me-
 dia qualitatis materia, adhibitis resumptiuis cyclis, in quibus non erunt repen-

Tussicularia
 medicamina.

A uisuræ, uelut Asclepiades, ad minuendum cursum siue spirationē, quibus pas-
 sio adiuuatur. Item de ligationibus pugnauerunt: Siquidē Xenophon & Dio *Xenophon.*
 nylius, & Erophilus primo libro Curationum, & Erasistratus probent aricu- *Dionysius.*
 lorum faciendam constrictionē. Erophilus uero capitis, & brachiorum, & fœ- *Erasistratus.*
 morum: Erasistratus magis inguinum & alarum: Etenim laxationē sensus san- *Erophilus.*
 guinis approbat fieri retentionem. Asclepiades uero ad ipsū scribens libros *Libri Asclep:*
 Parascuasticos ligationem excludit, eamq; neq; Erasistrato congruam, dicens *παρὰ κενύσει-*
 osculari nō posse sub discrimine uenulas, quod Græci diaphragma uocant, uel *κώμ.*
 misceri eas quæ supra diaphragma esse uidentur. Omnes etiā nostræ secte prin-
 cipes id approbasse uidentur: impressa etenim iniquiunt ligaturæ uexat, non im-
 pressa inutilis esse perspicitur. Item Antipater tertio libro Epistolarum ait tene- *Antipater.*
 ri materiam quidem ligatione, sed cum fuerit indulta uel relaxata, in repentinū
 atq; immodicum fluorem ueniat: siquidem abstinentiæ causa altiora pendendo
 latere potius quā teneri uideantur. Item de constrictis cataplasmatibus pluri-
 mi dissenserunt: Nam si Erasistratus hæc approbavit, Asclepiades excludit, tan-
 quam materiā imprimentiā, uel coercendo in latum reuocantia. Item acetū ali-
 j tanq; tussiculā uel fluorē cōmouens expulerunt, uel quod duras partes densan-
 dos faciat. Themison uero hijs repugnans adhibendū iudicauit, attestante etiam
 Theffalo. Alij aiunt eius acrimoniam uel nimietatem temperandam admixtio-
 ne aquæ. Plurimi uero contrariarum sectarum etiā clysteres, atq; urinales aiūt
 uirtutes adhibendas. Item Diocles taurinū gluten bibendum dicit, farinæ con-
 coctum & rubo, uel cum nepita amyllum uel marrubium, uel rosmarinum in
 aqua pulsa dandum. Motus uero alijs adhibuerunt, non solum fricantes, sed
 etiam deambulationē imperātes post cibum, ut Erasistratus. Asclepiades uero
 de communibus adiutorijs scribēs, gestationem in hæmopticis prohibet. Utun-
 tur quidam præterea etiam purgatiuis medicaminibus ex papauere uel hellebo-
 ro, aut diagridio, quod Græci scammonian uocant, ut Diocles. Item sudorē *σπομμοίκα.*
 uentibus & uomitum, ut Praxagoras, qui etiam plurima urinalia ordinauit.
 Sed hæc facile iudicantur ex hijs quæ secundum methodicos tradidimus. De-
 monstranda tamen eorum contradictio, & breui ratione formanda. Peccauer-
 unt igitur, qui supra patientes partes ægros iacere uoluerunt: Omnis enim im-
 pressio siue affectio incongrua glutinationibus approbatur. Ceciderunt etiam
 falsa intentione decepti, qui non addita discretione phlebotomiæ memorauerūt
 usum: Non enim in omnibus oportuit prohiberi, cum fluorē sæpe fuerit uehe-
 mens strictura complexa: Et si secundum Erasistratum osculatio uenarum ex
 redundantia materiæ ueniens fluorem faciat, conuenit uti detractione: Facile
 enim corrigi uel reparari parua uirium uexatio potest: plurima tamen ex adiu-
 torio patientibus utilitas fuerit: Neq; item in omnibus erit approbanda phlebo-
 tomia: Nam nullo tumore apparente uexabilis iudicatur: Etenim corporis for-
 titudo necessariō depurgatur, & stomachus uitiatur, atq; debilitate irruente dif-
 ficile coeunt diuisuræ, & eadem patienti uidebimur ingerere, quæ prohibenda
 suscepimus: Quippe cum non auersio, sed potius partitio sanguinis fieri intelli-
 gatur, & duplici egestione celerata, nullam mortis habeat dilationem. Dehinc
 erit anceps, utrum irruente rursus tumore phlebotomandi, nec ne sint ægrotan-
 tes: sed phlebotomati apertissime interficiuntur, non phlebotomati magno ad-
 iutorio priuantur. Ligationes uero non tantum ad diuertendam materiam
 adhibendæ sunt, ut supra memorauimus: quantum ad densitatem uero fa-
 ciendam

A mo sanguinolenta sputa efficiuntur, hoc est cruenta, quæ Græci hæmalopa uocauerunt: tunc feculenta, dehinc liuida, uel prasina, & in ultimo alba atque purulenta, dulcia uel salsa, cū uoce rauca aut acuta, & difficultate inspirationis, atq; genarum rubore, & cæteri corporis cinereo colore. Item sequitur oculos exoletus aspectus, & corporis tenuitas, quæ nudatis membris proditur magis quàm ex aspectu uultus. Quosdam etiam sibilatio uel stridor thoracis sequitur, crescente passione sudor superiorum partium usque ad pectoris finem, cibi fastidium, & maior appetitus sitis, & quibusdā grauedo uulnerati pulmonis, ut etiā eius expuant fibras. Quibusdam punctio, ulcera thorace, pulsus debilis, densus, ac deinde formicalis, quem Græci myrmexzonta uocant: Digitorū summitates crassescunt, obuncatis unguibus, quod Græci gryposin uocant. Sequitur præterea inflatio pedum, & nunc frigus, nunc feruor articulorum, nasi summitas pallefcit, atque aurium laminæ frigescent. Tunc peiorante passione uentris efficitur fluor albidarum egestionum, & indigestarum, debilitatis, naturalibus digestionis officijs. Discernunt præterea plurimi purulentum liquorem, phlegmata carbonibus imponentes, quo exusta probentur: Nam tetri odoris esse necesse est omne quod natura fuerit mutatum, uelut ex defluxione carnis ueniens. Item in aquam mittunt ægrotantium sputamina: Etenim naturalia facile soluiuntur: Vitiata uero atq; mutata perseuerant, quadam tenuitate coacta, & subsidunt: siquidem sint grauiora, & contra naturam ex defluxione carnis ueniencia. Vicinæ atque similes passiones sunt phthificæ, syntexis, quam nos defluxionem dicere poterimus, atrophian, quam nos nutrimenti cessationem uocamus. Item empyica passio, siue anaphoretica, quam nos purulentam, siue uomifluam dicere poterimus, quod ex uomica interioris collectionis purulenta per tussiculam excludunt sputa. Sed hæc discernuntur: Siquidem ex hijs atrophia longo tempore faciat tenuari, nullis etiam attestantibus sputis: Sæpe etiam sine ulla tussicula: Etenim longo tempore febricitantes, atque tussientes limpidis adhuc sputis affecti, necdum phthifici iudicantur, in phthificam uero passionem proni ac decliues esse noscuntur. Item empyica passio, siue ut supra diximus, anaphoretica discernitur à phthifica, non aliter quàm ulcerum collectione: Quippe cum empyicos sæpe antecedit pleuretis, uel peripleumonia, & tumor immensus, & febres uehementes cum horroribus frigidis, & inordinatis. Dehinc quod sæpe coadceruata puris copiam excludant repente, ac deinde egestionem facta febribus atque horroribus præteritis liberentur, ut aut omnino hijs careant, aut ex parte afficiantur: in phthificis ea quæ supra diximus antecedant, & liquida paulatim non coadceruata excludantur, & pro modo auctæ passionis etiam febres augeantur. Communiter autem hæc passio stricturæ, atque solutioni erit adscribenda, & subiacentibus passioni temporalibus cœnotetis. In quibusdam etiam ulcerum differentias monuimus promouendas: Sunt enim necessariò intuendæ: Siquidem complexa sit regulæ, quam diatan uocant, medicaminum ratio, quam pharmacian appellant. Denique si tumens ulcerum fuerit, quod intelligitur ex dolore consequenti, & cæteris tumoris signis, conuenit ægrotanti calidus locus, & abstinentia unius diei. Tunc fomentatio laxatiua, atque cataplasmata, & cucurbitæ appositio cum scarificatione, & uaporationibus spongiarum, & totius corporis perunctione. Cibus quoque forbilis, calidus, & magis panosus, obseruatis temporibus singulorum adiutoriorum,

Sputa
αιμαλωπα

Pulsus
μυρμηζων
τρυπωσις

σύντηξις
ατροφία

Passio
ιμυικα
αναφορητικα

πλευρητις
περιπλευμονια

DE PLEURITIA PARTITIONE TAB. II


DE PLEURITIA PARTITIONE TAB. II
 Pleuritis est inflammatio pleuræ, membræ quæ circumdat pulmonem. Hæc inflammatio potest esse acuta, chronica, & empyica. Acuta est, quando inflammatio cito fit, & cito perit. Chronica est, quando inflammatio diu durat, & cito non perit. Empyica est, quando inflammatio perit, & purus effunditur in pleuram. Pleuritis acuta est, quando inflammatio cito fit, & cito perit. Chronica est, quando inflammatio diu durat, & cito non perit. Empyica est, quando inflammatio perit, & purus effunditur in pleuram.

A propterea recusetur, neq; accessionis tempore hæc danda mandamus. Quapropter uni etiam cætera in curationibus monemus intuenta, quo purgato ulcere humanioribus cibis utamur, hoc est ex mediæ materiæ qualitate. Conuenit interea motus latens pensili primo lectulo cathedra longiore, atque in uicina porticu. Adhibita etiam perunctione primo sedenti, ac deinde recepta fortitudine stanti, purgato ulcere dabimus uinum album, atque Iene mediocriter remordens. Tum lauacrum adhibendum, quando etiam sicca conueniat cibatio singularis, uel cum palmulis thebaicis, & pulmento in cibum dato, uel arnoglossa herba, & uolantum non pinguis. Item sub lingua amyllum datum, quod retentum in defluxionem ueniens subiectis partibus patientibus irruat, & paulatim adiuuet cicatricem, uel mel decoctum simili modo datum, aut paruo ex amylo admixto: Tum etiam trochiscum, qui appellatur trigonos, uel mel uino remordenti admixtum parti suæ quantitatis & decoctum, donec incoquatur uinum. Tunc etiam antidotum, quod appellatur theriaca mithridatis, quæ in semet habeat siccandi atq; recorporandi uirtutem. Item zopirios, & dierismus. Apponenda præterea extrinsecus emplastra, quæ in cicatricem ducere ualeant, ut est melinon, ac deinde siccantia magis. Tum cum firmum apparuerit, lenimentum erit amitaonion imponendum, uel polyarcyon malagma, admixto cerotario ex oleo cyprino confecto parte tertia: siquidem hæc singularia primo tempore ægrotantes ferre minime possint. Tunc cyclica regula adhibenda, sed quæ non repentinas habeat ordinum mutationes. Deniq; nunc uinum, nunc aquam potare permittimus, iuxta cycli rigorem. Danda etiam drimyphagia, quam despuentibus sanguinem memorauimus. Adhibenda etiam localia adiutoria, similiter cucurbita, dropaces, & sympasmata, & paroptesis, & sinapismus, & bibendum medicamen, quod diapipeon appellatur: Valet enim callositatem ulceris tenuare, atq; siccare. Fugienda præterea bibendi medicaminis satietas, & eligendus consuetorū usus: Magis siquidem infueta materia uexatus stomachus, atque fastidio supinatus prodat ægrotantes: Et propterea uehementer utilis naualis gestatio, atque longa nauigatio, lectio, uocis exercitatio, & omne quod dare corpori fortitudinem potest. Veteres autem medici alij nihil de ista passione memorauerunt. Sed Diocles libris, quibus de passionibus atq; causis, & curationibus scripsit, iubet initio cibos detrahi, nihil de fine abstinentiæ significans, quousq; sint ægrotantes retinendi: Tunc sudores commouendos, quibus necessariò uires auferantur, & neq; hoc quemadmodum faciendum sit ordinauit. Utitur etiam anacoeliasmis, quorum qualitates non memorauit, adijciens uerendum, siue deducendum à pulmonibus humorem, quando fuerat mitigandum potius ulcus quam depurgandum. Item uomitum ex oxymelle adhibendum, quo corpus disijciendo ulceratas lacerat partes: atque hoc iugiter, & post coenam faciendum probat: dehinc proterua mentis cæcitate deceptus etiam pischrolusian imperat adhibendam, & allium dandum, quod necessariò uexet ægrotantes inflando: Tum uino flauo utendum siue nigro, & propterea duro, atq; post prandium deambulatione uexandos imperat ægrotantes, & nulli adiutorio sua tempora reddenda perspexit. Item Praxagoras secundo libro curationum, hijs qui pulmonis ulcere afficiuntur initio helleborum probat, atq; sitim faciendam: tum resumendos: non aduertens primo resumptione, tunc helleboro utendum, quo possint eius laborē perferre ægrotantes. Ad summam, non resumpto uiribus deficienti helleborum non conuenit. Resumpto autem, uel fortificato exclusa phthistica passione comprobatur, & propterea usus hellebori recte prohibetur.

Lecti pensiles

τροχισκός
τριγώνοςσυμπασμάτιον
καρώπιον

Diocles.

ἀνακοελιασμίς

ὄξιμυλλιον

ψιχρολουσιαν

Praxagoras.

71
CAELII AVRELI-

ANI SICCENSIS CHRONION

LIBER TERTIVS.

CVI HAEC INSUNT:

De suspirio, siue anhelitu, quem Graeci asthma uocant,

De stomachicis,

De phagedæna.

De icorosis, quos Graeci epaticos uocant.

De aurigine, siue arquato morbo, quem Graeci icteron uocant,
Latini uulgo morbum regium.

De lienicis, quos splenicis appellant.

De cachexia.

De nutrimenti cessatione, quam Graeci atrophian uocant.

De hydrope.

ἄσθμα.

φάρμακα.

ἡπατικὴ.

ἰκτερόν.

σπληνικὴ, καὶ

σπληνικὴ.

καχξία.

ἀτροφία.

ὕδρωψ.

Secundo libro Tardarum passionū, quo paralytica passionis, & canini raptus, & auriculæ doloris, atq; fluentis humoris, & apprehensionis sensus, quā Graeci catalepsin appellāt, & uocis amputationis, & influxionis, quā catarrhon uocant, & tussiculæ, & sanguinis fluoris, & phthificæ passionis tradidimus curationem: nunc cæterarum prosequimur ex ordine disciplinā.

DE SVSPIRIO, SIVE ANHELITV, QVEM
GRAECI ASTHMA VOCANT. CAP: I.



Anhelatio, siue suspirium ab accidenti nomen sumpsit. Vocatur præterea secundum aliquos spirationis difficultas, quā Graeci dyspnœan uocāt, siue orthopnœan: siquidē sese præfocari sentiant cum iacuerint ægrotantes, atq; erecti facilius spirēt. Itē, ut alij dicūt, cōtrario uocabulo suæ uirtutis nomē accepit: Nam cum sui ratione conuertat ac deprauet tanquā corrigat orthopnœa nuncupatur, quam nos spirandi dicere correctionem poterimus: Multa enim contrariæ interpretationis uocabulū sumpserunt, ut fella, quæ Graeci glycea uocant, uelut dulcia, cum sint amarissima. Grauat autē atq; præmit hæc passio magis mulieribus uiros, & iuuenibus senes, atq; pueros, & durioribus natura corporibus teneriora, hyberno atq; nocte magis, quā die uel æstate: in quibusdam ex initio generatur: in quibusdam perfectis irruit passionibus: Sed magis ex profundo frigore sequitur patiētes spirationis difficultas, & frequenter natura celerior magis quā tarda. Item præfocationis sensus secundum thoracem, atque grauedo, & feruor igneus. Item enteron ad superiora conductio, & cum passio uehementescere cœperit, stridor atque sibilatio pectoris cum uocis debilitate. Tum extensio colli atque uultus cum rubore, & oculorum suspenso attentu, & iacēdi potestas schemate supino, tussicula nunc arida, nunc uuida, cum sputis tenuibus & spumosis, aut crassis & uiscosis, & sudoribus, & colore morbido, atque pulsu humili. At si grauior impetus superpositionis fuerit, ora ægrotantiū liuescunt: & quidē excluso per nares humore mucilento releuantur, atq; præfocationis carent metu: quod non aliter cedit, etiā si super oculos lachrymarum fuerit fluor. Variantur autē tempora passionis superpositionibus & lenimentis, & nunc limpidis atq; synceris, nunc

δυσπνοία.
ὀρθόπνοια.

Fella

γλυκία.

ἔντερον.

Cris, nunc sordidis, & passionis tractibus implicatis, ut etiam tunc leuis difficultas inspirationis inesse uideatur: quæ facile prodetur, si ægrotantes itinere ascensibili gradiantur, atq; ocyus pergant: uel indigestione, aut usu uenereo affecti, uel frigore, atq; puluere, siue fumo grauentur. Differt autem hæc passio à peripleumonia, quod neque cum febribus necessario fiat, & semper tarda esse uideatur. Item secundum aliquos discernitur ab orthopnoea: siquidem hæc cum stridore atq; præfocatione asperetur: Orthopnoea uero cum thoracis euerfione atq; singultu, aliquando etiam cum sanguinis fluore. Item secundum aliquos magnitudine discernitur: Vehementem enim dicunt orthopnoeam supradictis passionibus. Sed est melius, ut uno atq; generali concursu passionum potentiam iudicemus, ut nunc uehementem passionem dicamus, & magis accessionis tempore, nunc leniore & magis dimissionis tempore. Est autem passio strictura, quapropter conuenit, ut mox corpus inuaserit, siue cum repetendo superpositionem asperauerit, iacere ægrotantes altioribus stramentis, thorace atq; capite subleuato, loco lucido atq; calido, mediocriter adhibita requie, & abstinentia cibi usque ad tertium diem. Et si uires permiserint, pectus tegendum lana, atq; fouendum oleo dulci calido: adhibita quoq; articularum blanda calidarum manuum fricatione, ut etiam tenendo medeamur teporibus admotis tempore quo accessio uehementescit, & cucurbitæ lenissimis raptibus detrahenda. At si præfocatio coegerit, & uires permiserint ægrotantis, adhibenda phlebotomia, & diatrixi tempore unctio: antecedente forbilis atq; calidus, & uarius in dimissione offerendus cibus, atq; alternis diebus, donec passio declinet.

D Sin uero imbecilles uiribus fuerint ægrotantes, diurnis diebus dabimus cibum: sed ea die qua abstinere oportuerat, paruum: Ea uero qua dare licebat paulo, plurimum. Sin uero officium non agnouerit, simplex clyster adhibendus, & ante cibum mulsæ ex melle despumato duo uel tres cyathi præbendi. Tunc cataplasma laxatiuum, atq; cucurbita cum scarificatione adhibenda thoraci, & in utraq; scapulas, ac magis paulo inferioribus locis, quo sine ulla quassatione partium eius raptus efficiatur. Tum uaporatio spongiarum, atq; cerotarium, & malagma quod diachylon appellant, uel mnaseum: Atq; ita lauacrum, & uinum, & uarius reddendus cibus. In lenimento uero si corpus passio tardauerit, erit adhibenda resumptio, gestatione, uocis exercitio, deambulatione, unctio, fricatione, corporis retento spiritu: tum lauacrum, atq; cibus ex pulmentis medicæ qualitatis: Dehinc ad recorporatiuam curationem transeundum. Adhibenda drimyphagia, atque cæterarum transitus mutationum, quas sæpe cyclos ordinantes docuimus. Tum etiam ex radicibus uomitus, uel si passio coegerit, etiam helleboro prouocatus. Iubemus præterea acetum scilliticum ægrotantes ante cibum sorbere, uel cum aceto nitrum, siue laser, aut hyssopi decoctionem cum fico contritum, uel nucleo pineo, quem

Græci pityda uocauerunt admixto mulso, Item abrotanum tritum cum sulphure, atq; aceto ex mulso confecto, uel urticæ semine, aut radicem, & horum similitum electariorum, ut est melli admixta resina terebinthina, aut cartamum, quod nasturtium uocamus, aut sesamum, cum aloë, & amygdalis amaris. Aliquando etiam pipere, uel oui uitello: Vel illud electarium quod diascyllis appellamus, cuius confectionem de Medicaminibus scribentes tradidimus. Tum etiam cucurbitæ recorporatiuæ adhibendæ thoraci, atq; interscapulo: Dehinc dropax, paroptefis, heliosis, sinapismum, acopa, recorporatiua malagmata, ut est diadaphnidon, uel dialoë, uel diaeuphorbio: Dehinc nauigatio atq; peregrinatio terrena, & potio theriacæ antidoti, & aquarum naturalium usus, quarum præstant in Italia

περιπλευμονία.

μαλάγμα
διὰ χυλίου
μυάου.

πίτυδα.

CEROTIOR

DE STOMACHI

Pare copiosam quæ
non emittit stomachi
in ea multum coacta
atq; copiosam uentris
Plurimum in singulis
non. Nam de stomachi de

uocantur, & debilitate, & horum
no libro. Tercium passionem uentris
uocantur, secundum libro uentris
passionem separata uoluntatem
liberata propolione de comibus dicitur
more diuina uoluntatem uentris
horum, & corruptum in singulis
Antecedentes causa quæ stomachi
bus generandis communes esse
pari sunt cibus gemitus, & pe
dicantur in uentris. Sequitur
tempore in uentris, antecuram
sue naturaliter, qui magis medi
uulgata, iactans, anxia, siue
uocantur, pullus parus, ete, im
mimum appetitus: Tum comp
uel in uentris uoluntatem, &
deuocantur, siue concubitus, in
uocantur, siue in uentris uo
uocantur, siue in uentris uo

A Iia cotylia appellata, siue alba, uel nepesine. Tum etiam cataclysmus, hoc est, aquarum illisio superne, iisdem locis qui patiuntur: Vtilis deniq; maritima, & plurima mare tenus conuersatio, atq; consuetudo frigidi lauacri, quam psichro-
 lufian appellant. Aliqui autem aduersarum sectaru principes etiam dauco cum aceto & melle xgros potauerunt, siue iri cum mulso, & uentrem plurimu dedu-
 xerunt, dando de diagridio, quod scammonian Graci appellant, obolos tres, cum duplici pondere aloes siue hiera, quam catarticam uocant, uel ammoniaci salis obolum, siue opoponacis simile pondus, uel cneoron, aut polion herbam, uel peplion, aut calchanthum, uel tapsian, aut asininum lac, & castoreum, non solum lenimenti tempore, sed etiam in augmento, siue superpositione passionis. Alij uero etiam urendum thoracem, uel caput crediderunt. Themison quoq; secundo libro Tardarum passionum in quibusdam eisdem compeccasse uide-
 tur, cum plurimu uentrem depurgandum credidit ex diagridio, atq; in ipsa ac-
 cessione. Utitur praeterea constrictiuis, atq; hijs acrioribus, & imperat dari tapsia succum cum opoponace, aut sagapeno, ex quibus stomachus necessariu ue-
 xatur. Hic deniq; erit memorandum, quia potis medicaminibus non sine cau-
 tionibus utendum est, ut neq; eorum plurima satietate uexandi xgrotantes. Ite in impetu uel asperitate passionis recorporatiua adiutoria prohibeda: Erit enim coenoteta consideranda, qua facile medicamina qualitatis ratione accedente
 correctius approbamus.

Balnea in Ita-
 lia.

Λαιότις.

DE STOMACHICIS. CAP: II.

στομαχική.



B Parte corporis qua patitur stomachica passio nome accepit, sed non omnis stomachi querela illico passio nuncupatur, nisi fuerit ex multorum concursu signorum, & perseverantia confecta, atq; corporibus tardans reperendo superpositionibus lenimen-
 ta. Plurimi igitur singulatim speciales curationes eius tradiderunt: Nunc de stomachi duritia dicentes, nunc de uentositate, de reumatismo, & debilitate, & horrore ciboru, & fastidio. Themison quoq; primo libro Tardarum passionum solutionem circa stomachum, quam appella-
 uit reumatismum, secundo libro uentositatem. Item Thessalus secundo libro re-
 gulari curationem separauit soluti stomachi atq; inflati. Nos uero communiter sub una propositione de omnibus dicere curabimus, qua uentositatem uel ex tu-
 more duritiam confectam stricturae iungimus: Fastidium uero, siue horrorem ciborum, & corruptionem ambigua utriusq; principalibus passionibus subijcien-
 tes. Antecedentes causa quae stomachi passionem faciunt, caeteris quoq; passio-
 nibus generandis communes esse probantur, sed magis ista iugis indigestio
 parit, siue post cibum gemitus, & perfrictio profunda: Item mactitudo & me-
 dicaminis insueti potatio. Sequitur autem in passione constitutos accessionis
 tempore animi defectio, articulorum frigidus torpor, aut uariatus per membra
 acrior naturali feruor, qui magis medias teneat manus: tum roscidus sudor, &
 animi angustia, iactatio, anxietas, siue concatenatio mentis, & desponsio, co-
 loris mutatio, pulsus paruus, celer, imbecillus, corporis tabes, cibi fastidium, uel
 maior ciborum appetitus: Tum corruptio acceptoru cum acore in bromosam
 uel fumosam transeuntiu qualitatem. Quibusdam etiam uocis amputatio, &
 dentium confrictio, siue concubitus, inseparabilis capitis grauedo, aurium tin-
 nitus, & quibusdam sitis insatiabilis: cum in accessu tumor maior fuerit exci-
 tatus, oris siccitas, & saltus sub praecordioru partibus: Tum dolor in eadem par-
 te, aut

Themison.

ῥευματισμός.

G te, aut

A ue uitrea: Tum fomētatio studiosa ac iugis, ex oleo calido atq; dulci, uel in quo malua agrestis radices decoctæ sunt: si singultus fuerit, sicyonio: si inflatio, ruta uel anetho. Ac si uocis fuerit amputatio, in accessionis affectu decubētibus erūt spongijs aqua calida expressis ora uaporanda, & distinctio dentium facienda digitis immillis, quibus lenius gingiuas deprimamus. Tum capitis fomētatio, & resumptionum moderamenta adhibenda, ut panis calidus, uel cucumis, aut melo, uel terræ gleba aqua calida infusa, & oris collutio ex aqua calida, & accessione uergente parua potatio: ac si in uehementiam passio uenerit, adhibenda phlebotomia: Qua perfecta si tertia fuerit dies, quam Græci diatriton uocant, erit ægrotans unctio: curandus, calido scilicet ac dulci oleo: tunc oris adhibenda collutio: cibus offerendus paruus, leuis, calidus, sumptione facilis, ut sorbibile quidquam ex pane atq; melle, & sale, & a netho confectum, siue pullicula molli, uelut ex pane, aut alica, & oua sorbilia: Tum alternis diebus permittentibus uiribus æger nutriendus, donec passio declinet. Potus præterea dandus est plurimus, sed neq; maioribus haustibus hauriendus, neq; coadceruatim atq; eodem tempore, quo potius ignotos impleri, quàm relaxari faciamus. Hijs autē partibus quæ fuerint in tensione constituta, cataplasmata conueniunt laxatiua, ut est præ cæteris ex fœnigræci pollinibus, & semine malua, ex solo melle, & paruo oleo admixto confectum, quod plurimo tempore corporis possit sine ulla grauatione immorari: Tunc cucurbita adiuncta scarificatione, siue hirudinū appositio, quas uulgo sanguifugas appellant: Deinde cataplasma, & uaporatio spōgiarum expressarum liquoribus sæpe memoratis. Declinante passione si ulla durities fuerit confecuta, erunt cataplasmata apponenda, ut nuper docuimus, admixta resina, siue in olei uicem liquida pice, uel ex radice hibisci, & adipe porcino, recentissimo, tum ueterato cōfecta, siue ex hordei pollinibus, aut lolij semine, & arido fico & hibisco: Tum etiam ex oleo calido embasis, siue ex uarietate eiusdem per diuersa uirtutis fœnogræci decoctione, uel radice maluarū, aut lini semine. De hinc cibus uarius dandus, sed qui nullam faciat inflationem, neq; digestionem tardius approbetur, sed omni facilitate conueniens, ut cerebrum porcinum, pisces teneri, atq; olera quæ uentrem mollire ualeant: Tum lauacra cōuenit adhibere, atq; uino ægrotantem resumere leni. Utendum etiam malagmate quod diachylon appellamus, siue mnaseum, uel diamelilotum. Et si uentositate fuerit stomachus affectus, adhibendum diasamucū, siue diaspermaton: quorum compositiones de medicaminibus Respōsionū tradidimus libris. Si reumatismus fuerit, quem nihil aliud quàm solutionem accipimus, conuenit ægrotantē iacere loco mediocriter frigido, supino schemate, attritis ac teneribus stramētis utentē, adhibita reque & abstinentia, sicut superius diximus, permittentibus uiribus, tum tenacior ligatio articularum, uel si causa coegerit, constructio facienda apposita cucurbita stomacho, plurima flamma subiecta: dehinc solutione cogentes spongia frigida: atq; odorameta quæ percutere minus ualeant caput, ut exhalatione sui frigus ingerant ægrotanti, ut mala cydonia, pira, sorba, mala punica, murta, lentiscum, rosa, uel pulentum infusum, & hijs similia, oris collutio ex aqua frigida siue pusca. Ac si plurimus fuerit saliuarū fluo, expuere iubemus ægrotantem: Siquidem retentus stomachum soluat: trāsuoratus autem humectet atque obducat, & propterea geminet solutionem. Sed hoc conuenit facere urgenti tempore, ne meditatio potius expuendi fiat, atque exinde prouocatio fluoris augeatur. Perseuerante passione gargarismata sunt adhibenda ex supradictis, uel ex aliquo succo ad fluorem sanguinis præscripto, qui ualeat frigore, atq; pro

A grauent, ut passerum pectora, uel perdicum, aut attagenarum: Tunc etiam quadrupedum leuia, deinde porcina crura. Item maritima, quæ non sint contraria solutioni, ut squilla, mulli, carabi, bucini, spondylia, conchylia. Ac si cibus in acorem transierit, iisdem erit perseuerandum, atque eodem potu, cui erunt aspergenda coriandri seminis drachmæ duæ: Tunc etiam asperiori uino utendum, quod Græci hypausteron uocant. Perseuerante fluore, erit etiam trochiscis utendum, quos hæmoptycis, & cœliacis potandos scripsimus. Lauacrū interea tardius ac serius ordinandum, & multo atque longo tempore prohibendi ægrotantes bibere priusquam cibum sumpserint, nisi aliqua forte maior necessitas intolerandæ sitis occurrerit: Erunt nanque dandi cogentibus rebus ex uino asperiore aqua commixti duo uel tres cyathi. Sed si forte complexionis passionum aliqua fuerint signa perspecta, erunt urgentiora conijcienda, quibus ordo magis seruiat curationum. Plurimi uero medici stomachicos putant eos qui duritia laborauerunt, & singultu, castoreum ex aqua mulla solutum quantitate pleni cochlearis tribus cyathis aquæ miscentes. Eos autem qui fluore stomachi, hoc est reumatismo laborauerint, aquam potant, miscentes aloës cochlearis pleni quantitatem, uel infusione, uel decoctione, aut succo. Sed erit præcauenda medicaminum dandorum satietas, ac magis inlocandæ qualitatis, quam non solum ægre perferant ægrotantes, uerum etiam officio appetendi cibi deferantur, & propterea passionis augeatur pernicietas. Hæc etiam de illo potando medicamine, siue antidoto, quod hieran appellant dixerimus. Facienda etiam laboriosa, atque dolore grauissima ignis uisura: Sed in lenimento oportebat ægrotantium fortificare corpora, atque resumere uaria gestatione, & pro modo uirium sub diuo deambulationes adhibere, siue lectionis exercitium, si fuerit literatus ægrotans, uel ut communiter dixerim, uocis: tum unctionem ac defricationem, & eos motus qui magis humeros ualeant exercere retento spiritu, & nunc palæstra corpus agitare, tum lauacro rarissimo, in hijs qui fluore uexantur stomachi: iugi autem ac frequenti in hijs qui strictura laborare uidentur. Vinum uero, atque uarium cibum constrictiuum prioribus, laxatiuum sequentibus ordinamus, ut pisces teneros, echinos, ostrea, & olera mollia, accedente regula methodicæ disciplinæ, minuendæ augendæque quantitatis. De hinc adhibenda recorporatio, quam Græci metasyncriticam uocant, ex acriori cibo, quem Græci drimyphagian appellant, ex aqua capparum confecto, & aceto, & sale, & cepe: sed ex depositis, quæ temporis requie accepto marcore infabilis uirtutis careant qualitate. Dandæ etiam rapæ sinapi madidatæ, atque salsum ex aceto & oleo conditum: uel aceto, & mulso, & sinapi: aut mulso ex uino confecto: quæ quidem erunt uarianda. Admiscendum etiam piper pro ratione uirium, atque passionis magnitudine, ut nunc uno, nunc duobus, nunc tribus acribus pulmentis utamur. Conuenit etiam sicca fricatio cum aspergine corporea facta. Tunc frigidi consuetudo lauacri, quam psichrolusiam appellant, & cibi sicciiores magis in hijs qui fluore, hoc est reumatismo laborauerunt: Tum rubor cutis faciendus inter scapulas, & in thorace usque ad uentrem, nunc ex feruentis resinæ lenimento, nunc expicis, nunc ex dropacis, primo communis ac lenioris, deinde compositi ac uehementioris: atque ita nitri fricamento utendum, & sole torrendum corpus, quod Græci heliosin appellant: aut paroptefis adhibenda ex carbonibus, uel parietibus ignitis, & ceromate: Aliquando etiam ex fico calefacto: tunc defricatio ex nitro, atque oleo,

Vinum
ἰσχυρὸνAntidotum
ἰσχυρὸν

ἰσχυρὸν

A busdam etiam gingiuarum putredo, cum scabro dentium detrimento tritus, uisus obtusio, sed passioni genus philonij in problematicis non daturus nos iterum pollicemur: Interposito enim tempore digestionis rapiuntur accepta, atque repletis uisus, quos Græci poros appellant, obtunditur appetitus. Erit præterea curandum, tempore quo cibamus ea ministrare quæ parum nutriant, sed quanta uiqueant appetentiam obtundant, ut sunt olera quæ non relaxent, ne uomitum moueant, sed constringant potius: Sic enim sui quantitate famem sentiunt, atque uirtutem propria digestionem non grauando perficiunt. Bibere autem non prius quam solidus sumitur cibus, hijs qui fame urgentur utilissimum iudicamus: Siquidem potu impleti minus solidos appetunt cibos: phagedænicis uero hoc conuenire negamus: humectatus etenim stomachus in uomitum facile prouocatur, & liquefactus atque supernatans cibus facilius nau seam prouocat ægrotanti. Erit igitur sensim uomitus differendus, atque eius consuetudo mutanda, ut interpositis diebus parum demus aliquando cibum, & appositione cucurbitarum eius adiuuemus descensum, qui solitis suis insertus teneatur. Alia uero uomitum permittamus, ac deinde paucis interpositis diebus prohibeamus, uel iterum adhibeamus, sed in adiutorij uicem, hoc est ex radicibus: Tum etiam ex helleboro, quo regulæ curationis adiutoria localia concurrant recorporatiua uirtute medentia, & partes ad fortitudinem naturalem ducant: Quorum usu ex supradictis, atque in alijs passionibus ordinatis accipiendum ducimus.

DE IECOROSIS, QUOS GRÆCI EPATICO
cos uocant, & lienosis, quos splenicos dicunt.
CAPVT IIII.

Iecorosi
ἥπατικοί
Lienosi
σπληνικοί, καὶ
σπληντικοί.



Traque passio à locis patientibus nomen accepit: Siquidem sit in iecore, uel in liene constituta, tumore scilicet effecta siue collectione, uel duritia atque saxitate, quam schirrhosin uocant. Sed de tumoribus libris februm docuimus. De collectionibus uero, siue uomicis specialiter docemus. De duritia uero aut saxitate, quæ cedente tumore efficiuntur, nunc prosequemur: Sequentur enim quædam communia iecorosis atque lienosis, quædam specialiter propria, sed communia, grauedo, spirationis difficultas, & magis in itinere ambulationibus cliuosis. Tum piger motus, atque anhelatio, & sitis, & oris siccitas, coloris mutatio, pedum inflatio. Aliquando etiam febricula latens, & hydropisimi suffusio, cum continua cibi corruptione. Propria autem, uel specialia iecorosos hæc sequentur, extans durities, siue schirrhosis in dextera parte præcordiorum, schemate rotundo costis ex aliqua parte subiecta, & propterea ueluti decisa. Ex alia uero parte circumscripta atque rotunditate terminata, color sæpissime æruginosus, siue arquati similis, quem Græci icteron appellant, urina turbata, uelut sandarachæ colore. Et accessione tempore dolor tendens usque ad dexterum iugulum, atque palam, & difficilis supra latus sinistrum iacendi copia: Siquidem adducantur dexterae partes suo pondere pendent, & propterea grauedine, atque doloris punctione ægrotantes afficiant. Tum felliosa stercoregestio. Lienosis uero extans duritia, atque saxea sub sinistra parte præcordiorum inuenitur schemate longo porrecta, & ueluti pectus in

σπίγγωσι

ἰκτερός

A xionibus auferendam crediderunt, ex quibus tumores atq; indignationes & cō-
 sensus cum uehementibus febribus necessariō sequentur: si quidem peritoneos
 membrana, quæ est natura neruosa, ignis uisione uexetur. Fiet etiã secundo im-
 possibile plurimis atq; uehementibus adiutorijs uti medicantem, ut sinapismo,
 cucurbitis rapidis, forti raptura motis fricationibus, dropace, & hijs similibus,
 cum cicatrices cæcitate uix, & hebetudine torpentes, tanquã mortuæ uim nullã
 medicaminũ accipiunt. Diuiserunt præterea pleriq; etiã curationis officium,
 ut alia iecorosus, alia lienosis conuenire probarunt. Hinc deniq; quasdam lienis-
 cas uocauerunt: Iecori etenim cataplasmata aiunt adhibenda ex abrotano & ses-
 samo. Item bibenda medicamina, ut theriacam, quam dioscoridian uocauerunt,
 diapatorion, uel diapyrion. Itẽ anodyna, quæ nos indoloria dicere poterimus,
 ut ea quæ scribũt diadion, pipereon, & lexypyreton, & chamæpityn, uel uiridis
 pini decoctionẽ singulatim, uel cum melle. Item urinalia medicamina quæ diu-
 retica uocant, ut est mulsum cum dauci decoctione, uel fœniculi radices, aut pe-
 troselinĩ, aut absinthij, aut mali cydonij cum cenanthe. Utuntur etiã oleris-
 bus, ut lactucæ coctæ uel incoctæ, asparago, radicibus olusatrĩ. Ventrem quo-
 que deducentes antidoto quod hieran uocauerunt. In lienicis uero epithema aiunt
 specialiter conuenire ex cappare & myrobalano & aceto, sale admixto, quod
 oxyalmon uocauerunt, & herba cui nomen asplenos. Dant etiã bibendam a-
 quam. Dicunt specialiter lienem deducere, uel defluxionẽ purgare, ex quibus
 est ad nutriẽdum noxiæ cuticulæ, & aquæ ex lacu, in quo sæpissime candens fer-
 rum fabricatores tingũt: de qua iubent dari cyathos tres, cum aceti cyatho uno.

B Item polion herbam, aut tormini semen in cotylæ quantitatẽ, aut capparis radi-
 cem cum squillæ drachma dimidia, aut chamædryos, uel herpilli acetabulum, ex
 aceto mulso cyathis tribus, uel hippofelini semen cotylas duas, cum uini cyathis
 tribus: aut libanotida herbam, quam nos rosmarinũ uocamus, cum fœniculi se-
 minie in cotylæ quantitate ex uino mixto. Item ammoniaci guttæ drachmã unã,
 cum mulso ex aceto confecto cyathis tribus, uel tamarisci ligno. Item cibũ uel
 potũ sumere iubent ægrotantes in uasculis tamarisci ligno confectis. Quidam
 etiã decidendum, uel auferendum lienem ordinare ausi sunt: quod quidem uo-
 ce dictum, nõ officio completum accipimus. Sequentibus autẽ atq; diuersis sese
 implicantibus potionibus, medicaminũ uariorũ stomachum uexant, uescicã cõ-
 mouent, atq; totũ corpus cõmuniter in cachexiam mittunt, nescij quod quædã
 ob acrimoniã propriæ uirtutis, laceratione quadam cõmuni potentia medeãtur,
 & rios per quasdam inerrabiles proprietates, & neq; alia iecoris, alia uenis esse
 medicamina, recte senserint: omnia etenim omnĩũ corporis partium sunt cõmu-
 nia, quando simili fuerint affectæ passione. Regulantur enim siue dirigũtur eo-
 rum uirtutes, non natura patientis loci genere passionis extenta atq; indulta pro-
 modo morborũ, hoc est peccantiũ iudiciũ, sed eorũ causa, qui reiũ magis histo-
 rias amant. Cætera quoque à quibusdam probata, breui atq; concinna oratione
 subiiciam. Diocles igitur libro quo de passionibus atque causis, & curationi-
 bus scripsit, phlebotomat iecorosos, & dextero brachio: Tunc uentrem resoluit
 helleboro nigro, atq; papaueris succo. Dat etiã cum mulso rosmarinũ, quem
 Græci libanotida uocant, & murrã, & pini folia. Adhibenda quoq; cataplasma-
 ta ex phœnicobalanis cum uino atq; lini semine, & sesamo, & pollinibus, quos
 omphacomeli appellant. Dat præterea aquam bibendã, in qua sit cantabrũ præ-
 lotum, & pitfana ex tritico: Quæ omnia sunt infantia, atq; stomachi uexatiua,
 & digestionẽ difficilia. Lienios uero, quorũ gingiuæ sudauerint sanguinem,
 phlebotomat

ἀνὸδωδιον
indoloria.ἰφάκμη.
ἄσπληνος.

Diocles.

λιβανωτίδα.

φοινικοβάλανος.

ὀμφακόμελι.

A uel egestio albida atque argillofa. Vrina etiam crassior & crocea, oris amarior sitis, cibi fastidium, grauedo, & piger atque segnis uisus, insolitus motus, animi difficultas, pruritus & ariditas corporis, & ueluti ex uisione solis aspera cutis superficies. Saepe etiam icoris tumentis inflatio, siue saxea durities. Difficile autem ac rarissime splenis, uel stomachi consensus etiam: Ex hijs enim plerisque uisum & istam fieri passionem, quae sit quidem facile sanabilis, ceterum neque ita felleum faciat corpus. Fit praeterea nunc cum febribus, nunc sine febribus, & nunc ce-
 riter circumscrip-
 ta, nunc corporibus intardans, & propterea chronia appellata. Conuenit igitur cum primum corpus inuaserit siue tardauerit, & in superpositi-
 onem ueniens fuerit apprehensa, eam adhibere curationem, quam de tumoribus in corporibus in torpore constitutis saepe memorauimus. Denique si uehemens fuerit, etiam phlebotomiae usus non reprobatur. In lenimento uero, corporis exer-
 citio, atque cibis digestilibus resumendos ducimus aegrotantes: Tum ad recorpora-
 tium uenimus curationem, prouidentes ut adiutorijs localibus, si qua durities in uisceribus fuerit, hoc est, in iecore, uel stomacho, aut liene, sicut superius do-
 cuimus, destruat: Sic enim cum passionis genus fuerit amputatum, etiam color naturalis corpori reddetur. Coniicienda sunt eius praeterea accidentia, quae Graeci
 symptomata uocant, cum generali congrua curatione, id est, ut fel diffusum re-
 corporacione adhibita detergentes uarie deducamus, nunc clysteribus acerrimis, nunc absinthio potu dato, uel intybi agrestis succo uno uel duobus cy-
 athis singularibus. Ac si declinationis tempus permiserit, etiam cum uino aliquando ipsa quoque intyba comedenda probamus cocta uel incocta. Item aspa-
 ragum uel daucum, aut foeniculum, & ob plurimam oculorum infectionem erit ster-
 nutatio commouenda, medicaminibus scilicet, quae Graeci ptarmica uocauerunt, πταρμικά
 Item naribus infundendum, priusquam in lauacrum ueniant aegrotantes, ut qui-
 dam probant, struthium cum lacte, & ad speciem referentes, asinino uel huma-
 no. Similiter etiam elaterium quod appellant, hoc est cucumeris agrestis succum, ἀποφλεγμα-
 τισμοί
 Item cyclamini cum eodem lacte: Fertur enim statim per nares, quae uultu te-
 nuerat fellis infectio, & magis si aeger ingrediens calidas cellas feruens descen-
 derit solum, atque requiescens diurno tempore aqua calida fuerit uaporatus, adhi-
 bitis aliquando etiam apophlegmatismis, quorum materiam saepe memorauimus. ἀνασκοπιή
 Item hijs quae superficiem corporis lacessendo iaculare uidentur, quae appellata
 sunt anastomatica, & propterea recorporatiua, in sudore prouocantia fellis in-
 fectionem, hoc est, dropax iugiter adhibitus, uel solis feruor torridus, quem Graeci
 heliosin appellant. Item naturalium aquarum exhalatio, uel medicaminum si-
 dorem mouentium usus. Aspergendum denique corpus struthio, nitro, sulphu-
 re, & hijs asperсионibus quae ob pruritus corporis adiuuentae sunt, a Graecis sym-
 palmata appellata, feruentiore aqua fouendi aegrotantes: Sic enim seruata regu-
 la generali etiam accidentia passionis curabuntur: Non enim haec solis in acu-
 tis erunt passionibus obseruanda, uerum etiam in tardis, quas Graeci chronias ἠλίωσις
 uocant. Utendum etiam aeris mutatione & gestatione uaria, & littoraria mora-
 tione: animi quoque laxamento ac iucunditate, & aquarum naturalium uolu-
 prate, natatione uaria, & assiduo uomitu, simplici, atque radicibus commoto.
 Item drimyphagia, in qua praeter ceteris capparidis magis usus approbatur, & ace-
 tum squilliticum, in quo sit infusa anchusa herba, & bulbi, & squilla igne tor-
 rida, id est subassata, cum melle electario data. Vinum praeterea tenue pro-
 bamus, & perseverante passione helleboro decocto corpus agitandum, uel
 si oportuerit, bibendum damus medicamen ex herbo & ceruino cornu, in
 cotylæ

συμπύματαπταρμικάἀποφλεγμα-
τισμοίἀνασκοπιήἠλίωσιςσυμπύματα

A cundo libro regulari, Fit autem siue nascitur hæc passio intemperantia ægrotantis, uel curatione mala medicantis, aut post ægitudine tardæ resumptionis causa. Item ex medicaminibus sæpissime potatis, uel ex saxea duritie iecoris aut lienis, hæmorrhoidis longissimi temporis, aut uomitu. Item ex febribus longo tempore corpus affectum, aut collectionibus, aut uomitu post uespertinos cibos, & hijs similibus. Est autem ipsa quoque passio sæpissime hydropisimi antecedens causa, aut macularum simili in superficie corporis accidentium. Sequitur cachecticos pallor subalbidus: aliquando etiam plumbeus color, debilitate tardas ac piger corporis motus, cum inflatione inani. Aliquibus etiã uentris fluor cum febricula in plurimis latente, quæ circa uesperam magis augeatur: pulsus creber ac densus: Cibi fastidium, & uini magis appetentia, urina fellea, & exrensis uenarum. Est autem passio sæpius stricturæ, sicut ex supradictis conijcimus. Aliquando etiam complexa solutione ob plurimum uentris fluorem, uel simili quolibet fluxu. Quapropter conuenit complexa passione laborantis primo abstinere fluentia, & intemperantiã ægrotantis corrigere, uel curationes malas, aut medicaminũ potationes prohibere. In iecore uero aut liene si qua fuerit durities, siue saxositas, destruere, ut nuper demonstrauius: Aut si fluor sanguinis fuerit plurimus, abstinere: hæmorrhoidas uero auferre, febres quoque soluere, ut de febribus scribentes docuimus, collectiones congrua curatione, sicut de ipsis scribentes monuimus, sanare, & consuetos eis post uespertinũ cibum uomitus paulatim detrahare. Ac si horum nihil fuerit accidens, & sola in corpore uisa fuerit cachexia, erunt eius superpositiones ac lenimenta prouidenda, & uigilante sine ulla ratione ægroto, aut cibo corrumpente, animi attestante difficultate, cū pigro ac segni corporis motu superpositionẽ cognoscere: & propterea in requie retinere ægrotum, cum abstinentia cibi, quo turbatio corporis resoluar. Item ea quæ fuerint extenta lanis contegenda, atque oleo calido fouenda, ac si uenter fuerit fluens abstinendus. Item si plurima fuerit corporis tensio cum grauedine erit adhibenda phlebotomia ex brachio mediocriter: sed non necessand in hijs qui hæmorrhoidarum causa inanes uidentur: Ac deinde retentione facta constricti, sed non in omnibus qui communiter tanta, ac tali fuerint strictura possessi, tunc perunctos conuenit refici cibo digestibili ac leui, usque ad declinationis tempus, seruato genere accidentium, alia cataplasmatibus, alia cucurbitis recurrare: Cum declinatio apparuerit, plurimus ac uariis cibus erit adhibendus, & similibus superpositionem uergentem adiuuare, atque ita lenimento ueniẽte quod facile approbamus exercentibus asperitatibus passionis supradictis, hoc est, hijs quæ superpositionẽ designant, erunt corpora resumenda atque fortificanda: Tum recorporatiuis utendum curationibus, quo reformata corpora, uel ut ita dixerim, relectis uitiosis carnibus, ac renascentibus nobis reparata ad memoriã redeant sanitatis. Quapropter æger somno discussio semet in lecto continere, iubendus etiam iacere paulisper, tum etiam neque repente consurgere, sed pratentato motu discere, utrum se leuem ac digestum sentiat: Etenim si fuerit occurrẽs, indigestio erit requies adhibenda plurimo temporis spatio, donec grauedo digeratur: dehinc mediocri gestatione, atque paruo cibo utendum, si non ex accessione, sed ex aliqua causa manifesta temporalis acciderit corporis displicentia, quam Græci diarecesin uocant. Ac si nulla fuerit ægrotantis querela, erit à lecto leuandus, & ob expugnandam frigoris iniuriã oleo leuiter perungendus: Tunc gestatio adhibenda, & si uires permiserint, uel aëris temperies, sub diuo, & magis intra muros motu uehiculi. Si uero aliqua fuerit obstans

H causa,

λαχκτινοί.

διάρρησις.

mes uariare non repetitis, nec perfectis ilico cyclis, sed unius tantummodo qua-
 litatis, ut de cataleptico scribentes docuimus. Deniq; cū ex uolantibus solis ad-
 hibemus, initium ex paruulis ordinamus: Tum autem ex agrestibus, ex teneri-
 bus, cum porcina ex membrorū summitatibus. Conuenit præterea locorū atq;
 ærum cōmutatio, & aliquando drimiphagia, uel simplex uomitus: tum etiā
 exradicibus confectus, & localia alijs atq; alijs locis adhibēda, & magis media-
 nis partibus: Non enim sine plurima uexatione partiū, quibus digestio celebra-
 tur, inesse corporibus atrophia potest. Iphis igitur, frequētius adhibēdus est dro-
 pax, & cucurbitā, uel paroptefis, aut sinapismus, & sympasmata acriora, quæ à
 nobis aspergines nuncupantur. Itē malagmata eiusdem quantitatis. Vtilis præ-
 terea littoraria nauigatio, atq; natatio maritima, uel naturaliu aquarū: Tū post
 cibum animi laxatio, quam diachysin uocant, & articularum complexio adhi-
 bitis ministris, qui mollibus hoc manibus efficiant. Themison uero secundo li-
 bro Tardarum passionū plurima recte ordinasse probatur. Aliqua uero caduca
 intētionē dixisse intelligitur. Iubet etenim ægros non æqualiter ægrotantes duo-
 decim stadiorum spatium gressu conficere, æqualem modum cunctis definiēs.
 Item igneo in loco uel feruenti fricari iubet præfatigatos sudoribus ægrotante s.
 Item sole torrenti, atq; ita per interualla leuiter defricari, & in calida, atque oleo
 calido eorū manus infundi, ex quibus periculum perfricationis necessariō seque-
 tur. Item post interdianum cibum deambulationē probar adhibendam, atq; fri-
 cationem & lauacrū. Tum post uespertinū cibum iungenda crura, atq; brachia,
 quod est dormituris anxiosum. Præterea post cœnam imperat uomitū prædato
 passo, aut uino dulci, uel succo ptisanæ. Tum frequentato uomitu oua duo dan-
 da sorbilia cum panis uncijis duabus, ex quo incensa altiora, atq; exercitatis uo-
 mitu uisceribus facile corrūpuntur accepta. Hæc igitur recusantes, alia quæ re-
 cte ordinasse perspicitur amplectenda iudicamus.

πρόσθετε.
 συμπασματα
 Aspergines.
 διάχυσις
 Themison.

DE HYDROPE.

CAP: VIII.

Hydr.



Ydrops ab accidenti nomen sumpsit: siquidē aquosus humor
 hanc passionē necessariō comitetur: Nam Græci hydor aquā
 uocauerunt, Generatur autem ex accidentibus plurimis, atq; di-
 uersis causis, ut cachexia, febribus corpora tardantibus. Item
 duritia, uel faxea densitate iecoris, uel lienis, aut stomachi,
 uel peritonei membranæ aut matricis. Item spirationis diffi-
 cultate, qua n Græci dyspnœan uocant, uel uentositate stomachi, aut coli,
 aut uentris passione, quam Græci coeliacen diathesin uocant. Item longitempo-
 ris dysenteria, uel in fœminis menstrualis fluoris retentione. Item hæmorrhoi-
 darum ueterum repentina, atq; incondita curatione, facta abstinentia, uel coad-
 ceruata bibentiū transuoratione, & magis si salsa fuerit aqua. Item medicaminū
 frequentata potione, & horum similibus. Græci igitur, uel aliarum sectarū prin-
 cipes eius potestatem, uel differentiam nominibus uariandam crediderunt. Vo-
 cāt enim hanc passionē etiam hyderon uel parecchysin, origini locorū specialia
 nomina tribuētes: nam parecchysin appellant sensibilem, & manifestam liquo-
 ris superfusionē, quæ fiet inter peritonei membranā, & intestinā: Hyderon au-
 tem, dispersum siue infusum per uiarū raritatē, atq; carnis spiramenta liquorem.
 Itē dicūt hyderon ex renibus generari: Hydropē uero ex duritate iecoris. Quod
 quidem nos iuxta sectæ regulam reprobamus: Etenim infusio, siue superfusio
 liquoris est passioni cōmunis: & necq; antecedentes causæ passionis facere difere-

λαχξία.
 περιτόνιον.
 δύσπνοια.
 κοιλιακή
 διάθεσις.
 δύσεντερία.
 αίμορροΐαι.
 υδρόν.
 parecchysin.

H 2 tionem

C tionem recte creduntur: Siquidem etiam ex plurimis alijs partibus patientibus
 hydropes generantur. Eius igitur differentiã Hippocrates, & Diocles duplicem
 dixerunt: Aliam enim hypofarcan uocauerunt, aliam asciten. Item Heraclides
 Tarentinus secundo libro Internarũ passionũ totius corporis inflationẽ, siue hu-
 moris infusi perforationẽ catafarcan uocant. Inter peritoneũ uero & intestina
 asciten uel tympaniten appellauit. Inẽ Demetrius Erophili sectator undecimo
 libro de passionibus scribens, alium dixit hydropẽ constitui sine ulla humoris
 infusione, sed sola inflatione turgente: alium ex humore diffuso, & eum nunc
 per totum corpus, nunc inter peritoneũ & intestina, cuius differentiã nunc plu-
 rimo uento tradidit: Et est uanũ atq; intellectu carens, sine ullo humore super-
 fluo laborantẽ hydropem uocare. Item plurimi tres differentias tradiderunt: aliã
 enim catafarcan, aliã asciten, aliã tympaniten uocauerunt. Asclepiades au-
 tem alium celerẽ dixit, ut eum qui repente constituitur: aliũ tardum, ut eum qui
 tarda passione uexerit: & alium cum febribus, alium sine febribus. Hoc quidẽ cõ-
 muniter etiam alijs specialibus passionibus adscribẽs, non aduertit quoniã pro-
 prio nomine celer dicitur passio, non sola quæ repente conficitur, uerũ etiam ea
 quæ celeriter solui posse mōstratur. Hydrops autẽ fit quisquam repente ex co-
 adceruata bibẽdi transuoratione, uel falsi liquoris potu. Celerẽ autem passionis
 solutionẽ nullus ægrotantiũ meruit. Item Proculus Themisonis sectator secun-
 dum plurimos inquit hydropis differentias temporibus passionis adscribendas.
 Initiũ enim atq; augmentũ esse leucophlegmantian, cum adhuc secundũ carnẽ
 fieri mutationẽ uiderimus: Statum uero tympaniten, cum summa tensio secun-
 dum uentrem fuerit facta. Declinationẽ autem asciten, cum quadam indulgen-
 tia fuerit inflatio relaxata. Non secutus ueri regulam, neq; aduertẽs quia omnis
 species passionis sua quæq; tempora percurrit. Deniq; etiam catafarca usq; ad
 statum, uel declinationem perseuerat. At tympanites, & ascites ex initio facti in
 augmentũ uenerint, & statu sumpto declinauerint. Item Apollonius Memphi-
 tes aliũ dixit fieri hydropẽ cum retentione, ut si quid biberit, sine dilatione tan-
 quam per fistulam transiens egeratur: Eius autem quẽ cum retentione fieri di-
 xit, secundũ plurimos tres esse differentias affirmat. Sed melius Demetrius Apa-
 meus ab hydropẽ discreuit, eum qui sine dilatioe potum liquorẽ per urina mege-
 rit, diabeten appellans, sicut specialiter de ipso scribentes docuimus. Melius igitur,
 quantum ad species hydropis, quanquam nõ generaliter, mutemus curatio-
 nem, alium dicere in toto corpore constitutũ, tanquam in papyro uel spongia
 inter uariatũ raritatẽ insertum, à liquore uocari leucophlegmantian, quam La-
 tino nomine etiam intercutem recte dicemus: alium in parte corporis inter peri-
 toneum & intestina, subiecto liquore solo, uel admixto uento plurimo uocari,
 alterum asciten, alterũ tympaniten: Sequuntur quædam cunctos, præterea com-
 munia, quædam singulis propria. Communia autẽ, ut inflatio, uel extantia tu-
 moris, & piger aut difficilis corporis motus, spirationis difficultas, quam Græci
 dyspnoean uocant, somnus difficilis uel anxiosus, & magis post cibum suis, &
 urina comparatione sumpti potus paruior, fastidium, & aliquando febricula la-
 tens in plurimis: Item quibusdam etiam uesicula, uel fistula, quibus eruptus hu-
 mor feratur, ac deinde uulnera difficilia sufficiant, uel quæ in cicatricẽ uentire pos-
 sint. Specialia uero, uel propria singulos sequuntur, ut leucophlegmantian, uel in-
 tercutem mollis atq; humida inflatio uentris ac uultus, & crurũ, & folliculi gen-
 talis, uel præputij, relucens liquore per cutẽ albedo colore. Item cum oris uel spi-
 ratione, siue anhelitus foetore totius corporis grauedo, & impressioni digitorum
 cedens

Hippocrates.

Diocles.

Ἰπποκράτης.

Διοκλῆς.

Heraclides Ta-

rentinus.

Ἡρακλῆδης Τάραντινος.

Demetrius.

Δημητρίος.

Asclepiades.

Proculus.

Πρόκλος.

D

Apollonius

Memphites.

Demetrius

Απάμεος.

Δημητρίος.

...tionem recte creduntur: Siquidem etiam ex plurimis alijs partibus patientibus
 hydropes generantur. Eius igitur differentiã Hippocrates, & Diocles duplicem
 dixerunt: Aliam enim hypofarcan uocauerunt, aliam asciten. Item Heraclides
 Tarentinus secundo libro Internarũ passionũ totius corporis inflationẽ, siue hu-
 moris infusi perforationẽ catafarcan uocant. Inter peritoneũ uero & intestina
 asciten uel tympaniten appellauit. Inẽ Demetrius Erophili sectator undecimo
 libro de passionibus scribens, alium dixit hydropẽ constitui sine ulla humoris
 infusione, sed sola inflatione turgente: alium ex humore diffuso, & eum nunc
 per totum corpus, nunc inter peritoneũ & intestina, cuius differentiã nunc plu-
 rimo uento tradidit: Et est uanũ atq; intellectu carens, sine ullo humore super-
 fluo laborantẽ hydropem uocare. Item plurimi tres differentias tradiderunt: aliã
 enim catafarcan, aliã asciten, aliã tympaniten uocauerunt. Asclepiades au-
 tem alium celerẽ dixit, ut eum qui repente constituitur: aliũ tardum, ut eum qui
 tarda passione uexerit: & alium cum febribus, alium sine febribus. Hoc quidẽ cõ-
 muniter etiam alijs specialibus passionibus adscribẽs, non aduertit quoniã pro-
 prio nomine celer dicitur passio, non sola quæ repente conficitur, uerũ etiam ea
 quæ celeriter solui posse mōstratur. Hydrops autẽ fit quisquam repente ex co-
 adceruata bibẽdi transuoratione, uel falsi liquoris potu. Celerẽ autem passionis
 solutionẽ nullus ægrotantiũ meruit. Item Proculus Themisonis sectator secun-
 dum plurimos inquit hydropis differentias temporibus passionis adscribendas.
 Initiũ enim atq; augmentũ esse leucophlegmantian, cum adhuc secundũ carnẽ
 fieri mutationẽ uiderimus: Statum uero tympaniten, cum summa tensio secun-
 dum uentrem fuerit facta. Declinationẽ autem asciten, cum quadam indulgen-
 tia fuerit inflatio relaxata. Non secutus ueri regulam, neq; aduertẽs quia omnis
 species passionis sua quæq; tempora percurrit. Deniq; etiam catafarca usq; ad
 statum, uel declinationem perseuerat. At tympanites, & ascites ex initio facti in
 augmentũ uenerint, & statu sumpto declinauerint. Item Apollonius Memphi-
 tes aliũ dixit fieri hydropẽ cum retentione, ut si quid biberit, sine dilatione tan-
 quam per fistulam transiens egeratur: Eius autem quẽ cum retentione fieri di-
 xit, secundũ plurimos tres esse differentias affirmat. Sed melius Demetrius Apa-
 meus ab hydropẽ discreuit, eum qui sine dilatioe potum liquorẽ per urina mege-
 rit, diabeten appellans, sicut specialiter de ipso scribentes docuimus. Melius igitur,
 quantum ad species hydropis, quanquam nõ generaliter, mutemus curatio-
 nem, alium dicere in toto corpore constitutũ, tanquam in papyro uel spongia
 inter uariatũ raritatẽ insertum, à liquore uocari leucophlegmantian, quam La-
 tino nomine etiam intercutem recte dicemus: alium in parte corporis inter peri-
 toneum & intestina, subiecto liquore solo, uel admixto uento plurimo uocari,
 alterum asciten, alterũ tympaniten: Sequuntur quædam cunctos, præterea com-
 munia, quædam singulis propria. Communia autẽ, ut inflatio, uel extantia tu-
 moris, & piger aut difficilis corporis motus, spirationis difficultas, quam Græci
 dyspnoean uocant, somnus difficilis uel anxiosus, & magis post cibum suis, &
 urina comparatione sumpti potus paruior, fastidium, & aliquando febricula la-
 tens in plurimis: Item quibusdam etiam uesicula, uel fistula, quibus eruptus hu-
 mor feratur, ac deinde uulnera difficilia sufficiant, uel quæ in cicatricẽ uentire pos-
 sint. Specialia uero, uel propria singulos sequuntur, ut leucophlegmantian, uel in-
 tercutem mollis atq; humida inflatio uentris ac uultus, & crurũ, & folliculi gen-
 talis, uel præputij, relucens liquore per cutẽ albedo colore. Item cum oris uel spi-
 ratione, siue anhelitus foetore totius corporis grauedo, & impressioni digitorum
 cedens

Acedens tumor, ita ut paululum caua permaneant loca. Aliquibus etiam alborū
 atq; crassorum humorū uomitus, uel per uentrē egestio; unde etiā nomen passio
 sumpsisse à græca deriuatione uidetur: Leucon enim albidum, phlegma humo- λευκὸν μ
φλέγμα
 rem crassum uocauerunt; uel quod ægrotantis color albidioris imaginem ferat.
 Alij uero tanquam ex superfluo humore generata passione, penetrans humor
 singula quæ spiramenta possederit; nos uero intercutem nominamus. Asciten
 deniq; sequitur uentris inflatio, uel extantia, & pro corporis motu liquoris con-
 lisi sonitus, uel ad concussum palmæ resonus, tanquā semipleni utris, ex quo no- ἀσπίς utrem
significat.
 sio, uel resurrectio liquoris, & conclusio superiorum partium, atq; tenuitas tan- πρόσχημα.
 quam extentæ cutis secundum ora uel colla, aut iugula, uel pectora, iacentibus
 præterea ægrotantibus diffusa, atq; elatior tumoris extantia fiet: Surgentiū uero
 uel stantium maior atq; extenta, & crescente passione corporis frigus atq; tor-
 por accedit: Aliquando etiam tussicula, & stercorū uel urinæ abstinentia, & per
 uentrem fluidior exitus, & apprehenso folliculo, atq; uirili ueretro extans infla-
 tio reduplicata, & aliarum partium surgens tensio, sicut in leucophlegmantia.
 Vocatur autē hic hydropismus, ut Diocles, etiam epatias, aut splenites à patien- ἐπατίας.
σπλινίτις.
 tibus partibus nomen ducens, hoc est iecore uel liene. Item tympaniten sequi-
 tur rotunda atq; extans inflatio secundum gastera cum tensione plurima, & ad γαστήρ uenter.
 percussum palmæ resonus, uelut tympani, unde etiam nomen accepit. Item ru-
 ctationes, & aliquando intestinorum tormenta, quæ inclusæ uento per podicē
 digerantur, atq; grauedinis detrahant quicquam. Est autem passio communiter
 stricturæ omnis hydropismus, sed complexa aliquando solutione ex alijs acce-
 dentibus, ut uentris fluore. Præterea est naturaliter tarda passio: siquidem nun-
 quam celeriter soluta uel emota corporibus uideatur. Item generaliter magna;
 siquidem & difficultatem, & indecentiam, & periculum inferat ægrotanti. De-
 niq; semper difficilis curatione, nunc uehementer, nunc minime comproba-
 tur: Etenim magnitudine uehemens, & uarietate accidentium, & corruptione
 uirium magis incurabilis iudicatur. Parua uero magnitudine comprobatione
 supradicta, atq; paucis & simplicibus accidentibus, quæ Græci symptomata ap-
 pellant, & sine nimia uirium læsione minime curatione difficilis approbatur, &
 quæ secundum aliarum sectarū principes de effectis uel exitibus passionum scri-
 pta sunt, ut etiam secundum causas ex quibus efficiuntur, & patientes locos, &
 naturas, & ætates, & annalia tempora, ut hyemis, uel æstatis, & eorū medijs tem-
 poribus generationes passionis; alij difficiles curatione, alij faciles curatione, alij
 faciles hydropes approbantur. Quæ quidem omnia magnitudinī passionis ad-
 scribenda sunt, ne infinitus modus differentiarū uideatur accidentiū numero ua-
 riatas: Etenim secundum causas difficiles aiunt curatione hydropes, qui ex saxi-
 tate magis quàm ex duritiā fuerint facti, Item eos qui ex dynteria, uel colī pas-
 sione, ab hys qui ex coadertuato haustu bibendo uitium conceperunt. Item se-
 cundum locos difficiles inquiunt eos qui ex iecore, faciles uero eos qui ex liene.
 Itē secundum naturam uel sexum difficiliore inquit curatione semper fœmi-
 nas maribus. Itē secundū ætates faciliores inquit curatione pueros, uel puben-
 tes, difficiles uero ætatis mediæ, uel senes: non solū quod natura crescere uel au-
 geri, alix minui uel declinare uideantur, sed etiam quod alij prohibeantur, alij
 cogantur, alij neq; suadere, neq; cogi posse probentur. Item secundum anna- ἡραι.
 lia tempora, quæ Græci horas appellant, difficiles inquit curatione æstatis tem-
 pore laborantes; siquidem multa siti afficiantur; Alij uero è contrario faciles

H 3 inquit

Cinquitur curatione: si quidem exitum liquorum fieri prouocet feruor æstatis, & corporis præterea faciat siccitatē: Difficiles uero hyemis tempore, ob corporū densitatē uel frigus. Item uerno tempore: siquidē humidiora, atq; liquorum redundantiā fiāt corpora. Autumnū uero prima, similia æstati, ultima hyemi dixerunt. Item secundum generationē, siue fabricationē passionis difficilē inquitur curatione leucophlegmantian, facilem uero asciten, & horum medium tympaniten. Dissenserūt præterea etiā de patientibus partibus, quæ principaliter afficiantur.

Erasistratus.

Erasistratus nanq; iecur inquit pati: In apertionibus enim faxeum semper inueniri confirmat: alij uero colum, sed cōsentire iecur: alij splenē, ac iecur, & colum: Alij etiā peritoneum: alij renes quoq; & matricem principaliter pati dixerunt. Et apparet omnia necessariō pratangi: quod quidem etiam si latuerit nullus timor curationis mutandæ medicantibus accedat: neque etiā ob localium adiutoriorum ordinem quicquam obesse monstretur, cum hac eadem

ἰατρικῶν

ἀνοσιῶν.

oporteat ceromate sole feruefacto iactari, uel pellibus sole ignitis inuolui. Adhibenda etiā acopa feruentia, & sudationes ex naturalimateria prouocare: habet enim recorporandi uirtutem ex quacunq; metallorum materia exhalatio naturalis. Item ex harena littoris sole ignita torrenda corpora. Hyemis uero tempore igne prætorrenda, atq; ita corpori admouēda, ut ex ipsa, excepto capite, cætera corporis omnia contegantur. Item sinapismus usq; ad cutis humorem adhibendus, qui maxime uehementem fortitudinem locis humore corruptis, atq; ut ita dixerim, habentibus admouet ac ministrat. Item locorum & aquarum mutatio adhibenda, & peregrinatio magis maritima: Est enim lacerantior, atq; corporis apertionibus efficax ob salinitatē maritimus aër. Conueniunt etiā uaporationes spongiarum ex aqua maritima expressarum, uel aqua salsa decocta. In tympanicis uero specialia, ut pleriq; uolunt, iuxta communē uirtutem recorporatiuæ curationis, etiam decoctio centaureæ herbæ, & absinthij, & origani, & hysopij, & marrubij adhibenda, & similis uirtutis epithema, ut est quod appellatur

D

dianitrum, ex fico atq; nitro, & absinthio confectum. Tundendum igitur aridum ficum, sed quod sit pingue ac succidum. Item singulatim absinthiū & nitrum admiscendū duabus partibus fici, & quarta pars origani. Aliquando etiā ruta admiscenda particula: Facit enim medicamen, quod appellamus diahyssopum. Itē uua passa cum cumino, uel farre, cum adipe ueteri, & uino. Hoc quidem plurimi magis intercutibus conuenire probauerunt. Item bubulo stercore unguendos cum aceto ægotantes dixerunt. Apponenda etiā malagmata, quæ fortificare, ac recorporatiua uirtute mutare ualeant corpora in meliorē habitudinem. Intercutes autem & ascitas hijs curandos probant, quæ siccare atq; exicare ualeant corpus, uel sudorem commouere. Sed erit cauendum, ne immodico usu medicaminum corporis superficies ulceretur. Est autem nostrum medicamen quod ex herba chamaeleonte nigra conficitur. Item ex stercore caprino,

Diacapregias

Diacentauiū

Disoriganū.

Emplastrum

icefion.


quod appellatur diacapregias. Item diacentauream, & diaoriganū, quæ ab herbarum nominibus uocabula sumpsērunt. Item icefion emplastrum, quod magis post humoris detractionem adhibendum probamus, quo partes roborētur. Item diayteon emplastrum, & diadictamnium, & barbara, & diafycaminum. Oportet autem interpositis quinque diebus, uel eo pluribus detracto iam dudumposito medicamine perspicere profectum, ac rursus imponere omnibus locis ex anterioribus ac posterioribus corporis partibus: Singula enim medicamina erunt illinienda pellibus teneris, atque ita corpori addenda, superposita lana molli

A mollicum leuibus fascioli colliganda, & pro uiribus corporis adhibenda gestatio, atq; ungenta congrua, & defricatio. Tympaniten uero recorporatiua curandum probamus curatione, & conijcienda etiam inflationis medela, quam Græci empneumatofin uocant. Adhibenda deniq; reflantia, ut est quod appellamus diaspermaton, uel polyarcion, aut diaartymaton, aut diasamsucum, aut diamelilotum: Hæc enim ualent etiam uentositatem tollere: Adhibenda præterea in hijs ea quæ superius ordinauimus. Tum profectu accedente regula cyclo-^{μεταμετρωσις}rum adhibenda natatio maritima, uel aquarum naturalium. Alij uero nõ absurde etiam aquæ marinæ uaporationem probant adhibendam, quo sudores pro-
uocantur: Inquiunt enim implendum solum aqua marina feruenti: Tunc quadrangulam compaginem immittendam præligatam loris, in quam erit includendus ægrotans: sed præliganda compago pelle, ut aquæ prohibeant ingressum, quo exhalatione uaporis calefactus ægrotans in sudorem uenire cogatur. Sed erit aqua calefacienda in nouatione frequenti ferri candentis immissione massarum. Oportet autem semper ægrum adhibito animi laxamento curari, quam Græci diachysin uocant. Quærenda denique animi desideria, quæ sine uexatione corporis præueniant uoluntatem, & amicorum conuiuia, quæ ciborum parcitate, animi tamen lasciuitate frequentent. Vtile etiam si longi fuerint dies pariri modum sumendi cibi; facilius enim accepta digeruntur duorum temporum oblatione diuisa. Ac si iuxta ordinem datum leuigati indulgentia passionis rursum fuerint accessionibus typicis ægrotantes affecti, quo iterum impleri uideantur erit melius uti prius radicum uomitu: dehinc ante diem radicum usus, album ueratrum immittere, tunc sequenti die hoc detracto radices dare, uel certe hellebori decoctionem. Sed horum usum uel confectionem dexteram, atque adhibendi modum Responsionum libris de adiutorijs scribentes docuimus; & nunc exinde hæc accipienda monemus. Hæc est mundior, atq; uera hydropum curatio: Etenim potui medicamina danda cauere decet: Alia enim uesciam commouent, alia intestina lacerando ulcerant, uel dysentericam faciunt passionem: Alia stomachum uertunt, & fastidium generant cibi, & sitim extendunt. Quapropter si cogentibus rebus utendum uiderimus quibusdam aquiducis medicaminibus, quæ Græci hydragoga uocauerunt, ea dabimus hijs qui plurimo humore infusi aquoso corpore laborare uidentur. Habere etiam conuenit curam, ne rursum corpora repleantur: ex quibus est euphorbiū multo commixtum potu datum, uel ouis sorbilibus aspersum, duorum uel trium cochleariorum quantitate, uel decoctio radicum, aut squilli. Oportet autē squillæ libras duas omni purgamento absolutas, quod ad unam libram redigatur, concisas in uas fictile nouum prælitum mitti, tam adiectis uini sextarijs tribus, quibus ad tertias decoctis, ex ipso liquore erunt ad duo cochlearia ægrotandi danda: & proficiente curatione usq; ad uncia unius accedere modum. Sed hoc erit post gestationē adhibendum, uel post perunctionē corporis, & ante sumptionem cum plurimo interiecto tempore. Ex decoctione aut radicū duos uel tres cyathos dandos probamus. Sin uero etiam urinā quis uoluerit commouere, erunt omnia aromatica prohibenda, quæ non curiosa, sed magis simplicia esse uideantur, ut est decoctio seminis cucumerū, uel fœniculi, aut dauci, aut apij, anesi, petroselinī. Itē menta, asari, nardī, squinantī, zinziberis. Hæc singula uel cū uino, uel ex ipsis confecta erunt offerenda. Ac si ex hijs humor detrahi non potuerit, oportebit tanq; alienū paracentesin auferre. Sed nunc decet prius quàm ipsius

Libri Responsionum, siue Adiutoriorū Celsij.

ἡδραγωγὰ. Aquiducamina.

παραινεσις.



Aperitissime mentiuntur; nos enim quosdam uidimus euasisse: plurimi uero moriuntur: siquidem in edentium tardantes consilia serius paracentesis adhibeatur, ut quibus alij adhuc tumentes peritonei membrana, & neque usu dextero operantes diuisuram faciendo mortis periculum incurrunt. Ex quibus est etiam Asclepiades, qui diuiso loco fistulam relinquendam putauit. Ex qua stirpis in modum impressa, uel per puncta peritonei membranae graues consensus, atque indignationes adferat: Quippe cum saepe etiam gelati sanguinis corpuscula irruentia uulnerum diuisuris, uel quaeque externa magnos tumores atque indignationes commouerint. Erasistrato uero causanti, quod post detractioem humoris ex iecoris duritia in passione ueaerunt superiores partes, ac magis salutare, adductione quadam ponderis indignentur, erit respondendum, quia plurimi hydropes sine ulla iecoris duritie in passione uenire probantur: Etenim ex alijs causis fieri posse superius demonstrauius. Plerisque etiam quanquam iecur duruerit non necessario in hydropem uenire contingit, ac saepe adductione partium, uel indignatione superiorum uexari perspicimus, quo saepe tumor etiam perdidit agrotantes. Omitto quod iuxta eius sententiam oportebat supinis iacentibus agrotis nullam querelam partium attestari: Siquidem iecur nullo pondere superiora distendat, hoc est discrimen, quod Graeci diaphragma appellant. Asclepiades uero repentinam effusionem atque coadueruatam cum periculo fieri testatur: Siquidem uix, quas Graeci poros appellant, interiecta mora blando se tactu contigant, & propterea illi maneant agrotantes. Detractione autem facta liquorum, aspero se tactu contingant, atque cocidentes angustentur: ac simili ratione etiam spiritus uehementer irruens carni dolorem faciat, atque inflationem, & tormenta intestinorum. Est praeterea facile expugnabile Ptolemaei dictum, quod paracentesis humorem detrahens passionem non auferat: Etenim primo, neque ex alio quolibet adiutorio singulari haec passio solui posse perspicitur: quippe cum sit magna atque perseverans, dehinc quaedam adiutoriorum ob releuanda accidentia passionum, quae Graeci symptomata uocant, adhibenda probentur: quanquam non totum soluere morbum uideatur, ut phreneticis luce commotis oculorum praectio. Item alia quaedam, quae quanquam nihil per se medeantur, alijs tamen adiutorijs praeparant corpus, uel patientem locum, quo facile adiutorij beneficium sumat. Ac tonsura uel rasura capitis fluore quolibet adfectis, quo detractis capillis illinenda medicamina constrictiua, uel epithemata, aut cucurbitae appositione nullis obstantibus medeantur: Quanquam sit detractio capillorum laxatiua: at uero paracentesis etiam per se plurimum medetur: Releuat enim detractioem plenitudinis tensionis, atque spirationis difficultatem, quam dyspnoeam uocant, & alijs adhibendis adiutorijs praeparat partes: Non enim potuerunt medicaminum illinimenta, uel appositio sincera uirtute ad uiscera, uel patientes partes peruenire, cum interiecto humore peritonei membrana plurimum a cutibus distet, transeant autem facile ad ea, ad quae destinata erant humoris interiecti ablatione permitta. Quapropter paracentesin adhibendam probamus, sed non hijs qui uiribus fuerint fatigati, aut adhuc in tumore peritonei membranae constituti: addentes etiam, uel praedicentes periculum: Plurimi enim quamquam alterius superesse uitae potuerint, & sine ullo dolore mortem capere, paracentesis cura celerem mortem pertulerunt.

C tudinem intuentes frequenter adhibendam phlebotomiam, atq; clysteres, & uentri flua medicamina, quæ catartica uocant, iubent: & magis diacameleos appellent, quibus necessariò corruptentes ægrotos in peiorem habitudinem corporis uertunt, quem Græci cachexian uocant. Item alij corruptione hoc fieri, atq; mutatione ex uenenis effecta æstimantes, temperatiuis uti medicaminibus decreuerunt: Ex quibus magis asininio lacte ægrotantes potandos imperat simplicis, uel accurato, quod schiston appellant. Item uino dulci, & cibis similibus, quibus fœda digestionem corruptis maior efficitur corporis corruptio. Ordinant præterea theriacam dandam, quam cuncti Mithridatiũ appellamus: Quæ quidẽ recorporatiua uirtute mederi posse perspicitur. Dant etiam uiperas mandendas, sed amputato capite atq; cauda, mensura digitorum quatuor, cætera coquentes atq; obdulcates sale & oleo ægris offerunt comedenda. Alij etiã aqua ex labris quibus candēs tingitur ab operantibus ferrum potandos dicunt: cum sit hæc passio secundũ plurimos scriptores ex aqua graui, quæ aut natura, aut aliqua corruptione fœdata sit, sæpius generata. Alij quoq; etiã cutis uulnerationẽ affectandam probant, qua corpus exhumoretur: neq; cunctis cõmune iudicium, & ignaris cognitũ prouidentes, quod peiorante passione superficies corporis ulceretur. Itẽ alij ægrotũ in ea ciuitate quæ nunquã fuerit isto morbo uexata, si fuerit peregrinus, cludendum probant, ciuem uero longius exulare, aut locis mediterraneis, & frigidis consistere ab hominibus separatum, exinde reuocari, si meliorem receperit ualetudinem, quo possint cæteri ciues nulla istius passionis contagione fauciari. Sed hij ægrotantẽ destituẽdum magis imperat quã curandum, quod à se alienum humanitas approbat medicina.

καχξία.
Lac asininum.
σχιςον.
θηριακή μίγμα.
δατίος.

DE PHTHIRIASI CAP: II.

D
πθιρίασις.



Pediculi ferales.

μήγματα.

ἅλος ἄνθος.

Ntecedente cachexia etiã hoc symptoma generatur, quod nos accidens dicere poterimus. Sumpsit igitur nomen non à genere, sed à multitudine pediculorum: Plurimi enim creantur nunc per totum corpus, nunc per eas partes quæ capillatura cõceptæ sunt: & nunc consueti atq; simplicis formæ, nunc ignoti, hoc est latiores, & durĩ magis ac sæuientes morsibus uehemẽter, quos quidam ferales appellant: Nam sæpe etiam sub capillis inueniuntur corpora penetrasse. Sequuntur autem ægrotates uigilia & pruritus corporis, atq; pallor, cibi fastidium, & stomachi debilitas, & caluities: & est passio solutionis cholera rubra egestione plurima per tenues uias emergẽte, qua hæc animalia generantur. Deniq; superpositionis tempore iacere oportet ægrotos loco mediocriter frigido, atq; cibis constrictiuis, & temporibus iam sæpe demonstratis refici. Fomenta uero & perunctiones, & cataplasmata membratim erunt adhibenda, qualia Themison elephãtiacos curas ordinauit. Sed ea loca quæ capillatura uestita sunt erunt præterea radenda, superpositione resumptio adhibenda, atq; recorporatio, sicut in cachecticis, uel elephantiacis ordinauimus, sed iugia adhibenda smegmata, quæ nos laceffentes, atq; purgatiuos pulueres nuncupamus. Item unctiões magis, cum mox fuerit capillatura derasa præfotis partibus aqua marina, uel aceto salso. Sunt hæc deniq; plurima speciatim posita, ut bulbi cum nitro atq; oleo contriti, quo mellis faciat crassitudinem, ex quibus corpus erit illiniendum. Item staphysagria cum aceto atq; oleo trita, uel infusa aceto & oleo, tunc contrita cum salis flore, quem Græci halos anthos uocant, donec liquidum mellis similitudinẽ faciat. Nunc etiã cum sulphure uino atq; aceto: Vel ita ponderibus

CHRONIO
...tempore melamina,
...dum nri obitulos adm
...vel fusticam oleo
...admirare, quam C
...adhibendi sicu pa
...non pebraria dicer po
...si, si ipse, & Arphig
...quæ uariantur sunt ad
...et alperginibus colat
...catones, quæ Græchiles
...nicus radium, & equiam fe
...quæ eppos recorporatiua
...mure labens: Sic cum uent
...dum dicere poterimus, eius qu

DE VENTRICULI
...rebus uocant, &
CAP

Estricula pã
...corpus quæ
...tingitio
...na. Sequar
...ho qualitate
...si impedi, uel
...modum uocant hæc d. spumã
...ita, parlaguã, cum graui sim
...uolum apparet, ægrotans sim
...uicibus uoluit, & non iugiter
...pento spatio, ut per diem uel
...bus auro emittit, & uocis cum
...dore uel ingula cordidena, ac
...uicentia. Si spius uento ter
...Sequitur etiam uigilia, frigidum
...debitas pallor labidibus, & nã
...etiam quæ sus manibus uig
...concepto. Tum uultus rufus
...goretur, cum facile faciem in
...auro pallio solutionis, & alqu
...uidentur esse conuicta, ut ex
...reumali mo uentis. Sequentem p
...supradictis conuictus. Quæ
...uocant, nec plurimi tempore, sed
...uocant, erit eo tempore loca
...uicibus requie, & quæ
...adhibendum atq; corpora ad
...dientur, tanquam oculi
...etiam purgandus, æque
...lenit uentis purgatus, uel
...Gino oleo, & humilitate quoq;

A deribus composita medicamina, staphysagria drachmas duas, sandaracæ drachmas duas, niri obolos duos, admixto oleo & aceto, donec in mellis crassitudine ueniat. Vel sandaraca cum oleo, & nunc staphysagria, & abrotanum æquis ponderibus admixta calce, quam Græci conin uocant, & hijs similibus. Palpebris autem erunt adhibendi sicci pulueres, atq; collyria, quæ Græci phlepharica uocant, nos palpebraria dicere poterimus, ex ære usto, atq; aneso affo: sed & lapide scisso, & pipere, & staphysagria confecta. Hæc etiam in hijs qui præter phthiria sinpruritu uexantur sunt adhibenda, adiectis magis feruentioribus aquis in usu lauacri, & asperginibus pulueris ex thure & nitro, & sulphure confecti. Item solutiones, quas Græci helioses uocant, adhibendæ sunt: Dropaces quoq; & uomitibus radicum, & ea quæ iam sæpe de alijs memorauimus scribentes passionibus, quæ corpus recorporatiua uirtute fortificare, atq; in meliorem habitudine commutare ualeant: Sic enim detracta corporis cachexia, quam nos malam habitudinem dicere poterimus, eius quoq; comitantia depellentur.

DE VENTRICVLOSIS, QVOS GRÆCI
coeliacos uocant, & de cæteris defluxionibus,
CAPVT III.



Ventriculosa passio, quam Græci coeliacen uocant, à parte corporis quæ patitur nomen accepit. Generatur ex antecedenti indigestione continua, uel tumore uehementi, aut dysenteria. Sequitur in hac passione constitutos uaria stercorem egestio qualitate atque colore, nunc tenuis ac soluta, nunc aspera & inæqualis, uel constricta, & nunc alba, nunc similis urinae camelorum, nunc flaua & spumosa, nunc prasina uel liuida, aut nigra, aut purulenta, aut sanguinea, cum graui foetore & rugitu intestinorum, quem Græci borborismum appellant, atq; in exitu sonitum, & post effusionem factæ uelut scæntis stercoreis uesiculæ: & nunc iugiter nocte atque die, nunc coadceruatim, sed interiecto spatio, ut per diem bis uel semel, aut interpositis uno uel duobus diebus, aut eo amplius: & nunc cum tensione atq; uentositate, & tormento, uel dolore aut singultu confidente, atque conducta cute quæ uentrem circumtegit, attestante siti, & ipsius uentris feruore, & leui in interioribus torpore frigidus: Sequuntur etiam uigilia, fastidium cibi, & aliquibus plurimus torpore frigidus: debilitas, pallor subalbidus, & nunc febres, dehinc corporis odor teter plurimus, ut etiam quæ suis manibus tetigerunt computrescant, & difficile careant odore concepto. Tum uultus inflatio atq; pedum: Quibusdam etiam dysenteria congeneratur, cum facile fuerint intestina ulcerata, ob defluentium acrimoniam. Est autem passio solutionis, & aliquando stricturæ complexa: Siquidem aliqua eius reumatismo uentris: Siquidem plurimæ in ipso fiant egestionis, sed non uariarum supradictis concurribus. Quapropter cum adhuc noua, uel emergens fuerit passio, nec plurimi temporis, sed in superpositione constituta, quam Græci epistasin uocant, erit eo tempore locandus ægrotans constrictiua ratione, ut sæpe docuimus, adhibita requie: & quantum uires permiserint, abstinentia: Etenim ad perferendum atq; corpori adpropriandum cibum sumptum: nunc uenter patiens indignatur, tanquam oculi patientes uisus officio: in qua ætati somnus etiam plurimus curandus, atque sitis, & lanis mollibus uenter contegendus leuiter oleo hispano præactus, uel melino, aut rosaceo, aut murtino, aut lentiscino oleo. Ac si uentositate quoq; uel tormento affecti fuerint ægrotantes, dulci oleo

uons.
uoxiopia bla-
φαινα.

uiliuore.

uolikioti.

uolikioti.

borborismos, u
borborismos.

Reumatismus
uentris.
uaitaxoti.

I ci oleo

Arit, hoc adprehendimus, cum solum præter aliqua purgamenta fuerit exclusum. At si hoc egestio secuta fuerit quædam aliena, minus quidem purgata, tamen accipimus ulcera, & propterea sanitatis spem pollicentia. Item si nihil fuerit exclusum, neque ipsius iniectionis quidquam, erit credendum necessario medicamen inhaesisse, quantum sua ualuit potentia: & propterea sui operis integrasse uirtutem, quanquam non perfecisse uideatur. Nec recte culpanda uirtus est, quæ una iniectione non dederit sanitatem, cum plenam fecerit futura perfectionis fidem, perseverationem sui persuadens. Vnde si omnino nullum fuerit redditum, medicamen erit impauide accipiendum: atque è contrario si eius nulla particula fuerit retenta, & statim effusum, nullum sui demonstrauerit effectum, omnia desperanda: Est enim plurimæ debilitatis, atque alienatarum, uel mortuarum partium signum. Coniiciendum præterea, ne ut sæpe contigit, uetustate medicaminum effrata uirtute nullus sequatur effectus: & propterea sicut iniecta sunt limpidè reuocentur: Quapropter etiam hoc intuendum esse mandamus. Tum post egestionem factam spongijs erit postea detergendus: Vel si nihil fuerit exclusum, interiecto spatio unius horæ perunctum reficere ægrotantem cibus congruis, atque stomacho aptissimis, ut lactucæ thyrsi, uel intybo cum aceto, quod sit ex murta confectum, aut oliuis fractis uel natantibus, quas colymbadas *καλυμμάδες* appellant, & ouis hapalis, & uolantibus nuper memoratis, quæ sint nutrita constrictiuis, ut murta, rosa, lentisco: Etenim eorum pinguedo sic defluxit, atque caro constricta sufficitur: magis in eorum pectoribus quorum plus ossibus uicina aptiora probantur: sunt enim teneriora cæterorum. Danda etiam pomorum quædam constringentia, atque olerum cocta, quorum superius, atque de alijs scribentes passionibus memorauimus, potui dabimus aquam frigidam: Quod si minime tolerauerint ægrotantes, dabimus feruentem plurimum aquam cisterninam: Et si sine febris fuerit ægrotans, dabimus uinum exercitioris paulo uirtutis, ut supra docuimus. Omnino enim inuitantes adpetitum, siue suscitantes, quæ Græci orexin uocant, stomachi robur debemus custodire, nisi cum nausea etiam uenter fuerit resolutus, Oportet etenim curare, ne rursus plurimum cibum demus aut potum: uel priusquam solidum cibum sumpserint ægrotantes bibendum credant: Nam conuenit neque grauata, neque humecta intestina seruari. Si igitur medicaminis iniectio aliquo fuerit peccato uitiata, ut non omnibus adiutorij partibus informata uideatur, mox medicamenti monstrabit errorem: Nam quidam iniectione aliqua ex parte uomuerunt, aliqui stomachi ac uentris dolorem senserunt, singultibus atque nausea affecti, cum anxietate ac siti, & immitigabili ardore, & articulorum frigido torpore, & pulsu maligno, atque sudore uel defectu, aut pressura capitis, siue grauatione, quam carolin uocant: siquidem sit nimia uirtutis medicamen iniectum in febris uel uiribus uitiatis, aut in alto tumoribus constitutis. Vomitus autem medicaminis iniecti si ex tumore uentris fuerit factus, uel teneriorum intestinorum, tanquam in iliaca passione, sæpius ægrotantibus intulit mortem. Si autem nullo tumore subiecto fuerit effectus, ingerit uexationem atque metum: Aut ut sæpe contigit passionis significat depulsionem: Siquidem nulla pars ulcerum in intestinis à medicaminis contactu uideatur imminis. Tardante passione etiam recorporatiuis conuenit uti rebus. Quapropter oportet ea quæ feruntur per uentris officium celeriter auferre, & ora ægrotantium spongijs ex pulsa frigida siccatis reficere, articulos ligare, & stomacho cataplasma constrictiuum imponere, quod diadaphnidon dicunt, uel similis uirtutis. Odoramenta quoque resumptiua adhibere, & frequentius cibo nutrire ex supradicta

C materia. Ac si accepta non tenuerint, erunt secundo offerenda, adhibita articu-
 lorum fricatione, cucurbita ori uentris infixa: uel si potuerit etiam à tergo inter
 scapulas. Ac si dolor occurrerit & singultus ob ardorem atque sitim, fomentis
 utendum est, & cataplasmatibus, & spongiarum uaporatione, & olei iniectione,
 quo possit medicaminis uexatio celerius obtundi. Perseuerante incendio,
 etiam calida, & oleo, & lacte sunt iniectiendi: Et si nulla fuerit humoris signifi-
 catio, eorum frigidus adhibendus est usus: & ob mitigandam sitim iugis adhiben-
 da oris collutio: dandus interea potus. Item propter articulorum frigus adhi-
 bendi tepores cum blanda manuum tenacitate, quam diacertosin uocant, item
 unctio: Sudores autē si ex pressura fuerint apparentes, erunt detergendi ex dia-
 phoresi, & asperginibus cohibendi, & congruo cibo, & cæteris quæ de caroti-
 cis scribentes docuimus: quibus depulsis, hoc est, præsentibus periculis eua-
 dentibus ægrotis, si forte rursus in priscam dysenteriam uenerint, erit tentandū
 multo tempore simplicibus uti iniectionibus, hoc est, hijs quæ sine calce, quam
 asbeston uocant, uel auri pigmento, quod arsenicon appellant conficiuntur.
 Tum si perseuerauerit passio, ad uehemētiora transeundum, sed ex simplicibus
 rebus confecta, sollicitam habentes calcis, uel auri pigmenti iniectionē: Opor-
 tet enim putredini etiam cataplasmatibus occurrere: quorum sunt erui pollines
 pusca decocti, & lentiscinum oleum acacia immixta, donec mellis sumat crassi-
 tudinem, Item lenticula molita, cum melle, uel rosaceo, uel lentiscino oleo de-
 cocta. Ac si putredinis causa sanguinis effusio fuerit consecuta, erunt spongiæ
 expressæ ex aceto calido pubetenus, uel sub umbilico & coxarū summitatibus,
 quas Græci schia uocant, admouendæ: dehinc iisdem locis etiam cucurbitæ fer-
 uefactæ adfigendæ, articuli ligandi, dandus digestibilis cibus, & qui facile cor-
 pori insinuetur: Tunc uinum quod sit præcoctum in cortice mali punici. Inij-
 ciendum autem acetum, nunc solum, nunc cum thure masculo, uel eius manna
 contrita, uel quod ex confectione superat diatheon emplastri, cum sibi eius ma-
 teriæ miscentur. Imponenda etiam similis uirtutis emplastra, uel acacia aceto
 soluta: Tunc donec scatere tentet coquenda, aut in amplo mali punici cortice
 supra tepentem cinerem sensim calefacienda, & ex ipso liquore partes contegen-
 dæ. Dehinc cerotaria apponenda ex oleo murtino aut melino, aut uiridi contri-
 ta acacia atque consoluta, uel ex omphacino, aut cœnanthino, cum ruta aut ba-
 laustio, aut aliquando hijs omnibus: uel ut Themison composuit, acaciæ partē
 unam, rosæ aridæ partem unam, ammoniaci guttæ partem dimidiā, ceræ par-
 tes quatuor, & olei rosacei quod sit sufficiens. Hæc contrita in uino amineo,
 & soluta cera cum rosaceo oleo miscenda: Ac si sanguis fuerit retentus, quod
 fiet aliquando cum gelatur, aliquando densitate putrescentis uenæ, erunt discer-
 nendæ causæ hoc modo: Nam densatam intelligimus uenulam, quoties pulsus
 exurgit, atque frigus corporis resumpto feruore mitescit, ægrotantis animus
 melior, atq; spiratione corpus facillime releuatur: Ac si gelatus obstiterit san-
 guis, quod Græci thrombosin uocant, & propterea fuerit fluor celatus, supra-
 dictis contraria sequentur, ut pallor, iactatio, pulsus paruitas, uel amputatio,
 quam Græci asphyxian uocant, grauedo, inflatio, frigidus torpor pubetenus,
 ac paulo superius: tum defectio cum sudore. Quapropter erit aceti iniectio fa-
 cienda tunc cum fluor fuerit abstinendus diurnis diebus cibo reficiendus æ-
 grotans. Si autem plurima ex parte retenta putredine parua excluderint ægrotan-
 tes, quæ sint sanguinolenta & ramentosa, & propterea profectu apparente me-
 lior esse curatione, adiunctio tamen metu ne retenta soluantur, oportet etiam
 secunda

δικήρωσι.

διαφύρωσι.

καρωτικῆ.

Calx

ασβήστος.

σχία.

D

Vinum ami-

neum.

θρόμβωσι.

ασφύξια.

CHRY
 ande el teris de entem
 magis, aut acaciam aqu
 dicitur regere, ac rursu
 rancem dicitur, sed r
 propter pulchrum ue
 e ordinibus. Item rati
 rorum: Exim inordinat
 sibi uocari. Et aliam
 sicuti conglobata, sicut
 in creaturam utine cogit
 cum corporis debilitate atq
 da, sicut in eorum, sicut per
 huiusmodi exiguam, si aut
 in multis sicuti conglobat
 in eorum per huiusmodi
 em, & hanc corpus cum
 abis profertur regere. Tunc
 debita quæ uoluntatis conu
 inordinata, nec uoluntatis conu
 uent, quæ dicitur in medicam
 tum inijciendum, uel plumb
 so oleo rosaceo conueniendū,
 quæque similibus uentem ac
 aduenientem uentem uisq
 uere ut inijciatur. Dehinc
 tenuis: sed non propter, si in
 ia, plumbæ uentem egredientem
 reponendum in conuenit. In debi
 ratur per unam gelatam, &
 gis egredientem ostibenda ex ole
 uel in uigro, aut malia regere
 uel dicitur uocari. Si specialiter a
 mare calido, uel lactulo. Dehinc
 conuenit, & calida uel caliditate
 retentus digitus uel quæ ab
 tenuis cocto atque commin. a
 pen. Ac si hæc minime fuerint
 atque inijciat. Ex cum tempus
 etur congrua. Tunc nutriment
 uel pulchra exelle coniecta, a
 uoluerenda. Postquam autē
 uolens tumens, si uoluerit
 tumis, & resumptio cura
 cum tum or migrauit
 tumens tumens tumens tumens
 occurrunt, que erit conspici
 huiusmodi, uel in murtino, &
 a tura a tura melle, uel

A secunda uel tertia die eundem trochiscum iniicere, sed solita, uel certe succum plantaginis, aut acaciā cum aqua. Sin uero quibusdam diebus sine officio uentris fuerint agrotantes, ac rursus iniiectionibus asperati, conijcimus in hijs non cicatricem ulceris factam, sed medicaminum supraducto cortice fuisse obrufa: & propterea post effectum uentris nuda atque sordidata, rursus humorem fluere ordinabimus. Item tribus diebus lenticulæ coctionem crassioris succi iniiciendam: Etenim intestina uel propria medicaminis coercentur, quam Græci styphsin uocant, & ulcerum mitescit asperitas, & ex anterioribus medicaminibus facta conglobatio, siue cortex in saniem prouocatus cadit, & subiecta ulceram cicatricem uenire coguntur. Ac si plurimo tempore ulceratio perseuerauerit cum corporis debilitate atque fastidio, erit frequentia medicaminum euitanda, siue iniiectionum, siue potionum: Maior enim ex ipsis uexatio fiet, cum cibi appetitus extinguitur, & in fastidium ueniunt agrotantes, nisi parua insuetorum multis fuerint consuetis admixta. Decoctionem autem lenticulæ secundo uel tertio per singulos iniiciemus dies: Ex ipsa enim sufficienter intestina coercentur, & latenter corpus nutritur, cum quadam particula digestionis usurpata uiribus profecerit agrotantis: Tum cum limpida ulcera senserimus, erunt cohibenda ea quæ uehementius conficcare ualeant, quæ Græci styphonta uocant, & iniicienda medioariter constringentia. Ac si quisquam eorum non tulerit uirtutem, erit diachylon medicamen oleo roseo soluendum, ac diligenter liquefactum iniiciendum, uel plumbeo mortario plumbeo pistillo circumducto immisso oleo rosaceo conterendum, donec in succum ueniat, atque crassius fiat. Horum quoque similibus utendum monemus. Tunc uino leni, atque carne uolantum uel marinorum utendum, ut squillæ, mulli, carani: & pro modo uirium gestatione resumptionis causa. Dehinc cum omnia tuta uiderimus lauacrum adhibemus: sed non properanter, & magis cum forte iniectio fuerit facta trochisci, nisi primo uentrem egresserint agrotantes. Tardate passione superpositionis tempore iisdem uti conuenit. In lenimento uero erit fortificatio adhibenda corporibus per uariam gestationem, & uocis atque corporis exercitium. Post singulas egestionem adhibenda ex oleo & aqua calida, & decoctione lini seminis, aut foenigræci, aut malux agrestis, iisdem partibus, hoc est sessioni, quam Græci hedram uocant, & specialiter admonenda uaporatio ex pollinibus cataplasmate calido, uel facello. Dehinc etiam radix agrestis malux decocta atque contrita, & calida testa calefacta erit apponenda. Ac si iugis fuerit dolor, immitendus digitus usque ad altiora, præunctus adipe anserino cum foenigræci semine cocto atque contrito, aut aliquo medicamine ex hijs quæ appellamus *lypara medica* para. Ac si hæc minime fuerint inuenta, erit hoc cerotario faciendum simpliciter *camina.* atque limpido: Et cum tempus cibi dandi occurrerit, adhibenda perunctio stricture congrua. Tunc nutrimento dandus panis ex aqua calida, aut alica lota, aut pulcra ex melle confecta, aut oua sorbilia cum pane. Potui autem aqua calida offerenda. Perseuerante autem tumore, adhibenda cucurbita adiuncta scarificatione locis tumētibus, & uaporatio spongiarū: Declinatione occurrēte adhibenda cerotaria, & resumptio cauta: sic enim sedantur iuges egerendi uentris delectationes, um tumor mitigatione conquiescit: Atque ille qui putatur reumatismus indulgentia tumentium facilius abstinetur. Ac si æqualis tumori fluor occurrerit, utriusque erit conijcienda curatio. Quapropter si fomentum ex oleo hispano, uel melino, aut murtino, aut lentiscino adhibuerimus, & cataplasmata erunt ex aceto atque melle, uel stymmatibus præinfusis coquenda. Item *Stymmat.*

A agrotantis. Ac si plurimus fuerit in ulceribus sensus, ut medicaminum constrictione lacessita indigentur, erunt iniicienda ea quæ cum dulcedine admota partes ualeant præficcare, quo neque ulcerationem prouocemus, neque fluxum negligamus. Ex quibus est in febricitantibus succus prisanæ cum adipe caprino, contrito atque commixto tracanto, uel gummi, aut argillinci radice. Sed illa duo infusione præmollienda: radix autem coquenda, aut rosaceo oleo ouum commixtum, aut lac coagulatum, uel cum amylo concoctum ad tertiam partem. In hijs uero qui sine febris fuerint, passum conuenit Creticum, & uinum squilliticum supradictis speciebus. Tum refectionis tempore unctio adhibenda ex oleo hispano, ac deinde ora lauanda pusca tepida. Cibus autem specialiter, ut in coeliacis ordinauimus dandus. Similiter etiam potum conuenit dare. Lac quoque bibendum præcoctum, quod appellant diacoleon, *Lac diacoleon.* siue singulare: Etenim fluores crassificando cohibet, & ulcera deterget, & acrimoniam humorum temperat, & sine ullo labore corpora nutrit. Est autem coctionis hic modus: Lac sumendum ex agresti pastu perfectum: Etenim in ciuitate nutritorum animalium reprobamus: siquidem capræ è falsiore pascua sitientes plurimum atque coadceruatim bibant, & multum lac, sed aquatum faciant, quod est coactioni uentris incongruum. Quapropter magis ex caprea, quæ lentisci pascua, uel muræ, aut rubi, aut uitis folijs, uel quercus, aut salicis, uel hederæ, aut terebinthi, aut herbæ calicaris, uel polygonij, aut plantaginis, & horum similibus fuerit nutrita, erit lac accipiendum: Confluxit enim constrictiua qualitas herbarum in lactis qualitatem: Nam sæpe diagridium, uel helleborum mandentes purgatiuæ uirtutis efficiunt lactem, sicut procicolum comedentes lac generant, quod uisum præstet accipientibus abunde. Denique erit primo probandum, atque eligendum quod sit albidius, atque sine ullo odore, & neque globosum, hoc est, frustis coagulatis uariatum, quod Græci thrombodes appellant: neque in urinæ similitudinem mutatum, quod *Lac thrombodes.* idem uroides appellant, sed quod possit unguibus destillatum manere sua tenacitate collectum. Boni igitur, ut diximus, lactis quatuor uel quinque sextarios oportet in uas fictile mittere siue æneum, immittendæ & cochleæ, quas nos lapides marinos, uel fluminales accipimus, non marinæ igitur ob salitatem, sed fluminales inusta: primo quo sint igne pellucidæ, tum auferendæ: & ex sufflatis omnibus, quæ de se forte dimiserint, ac depurgatis supradicto uasculo immittendæ, ac ferulis lac cum iisdem cochleis mouendum, donec ad mediam ueniat partem, siue tertiam: Dehinc refuso lacte proijciendæ priores cochleæ, atque aliæ innouandæ similiter exustæ, sed per profectum numero, atque forma minores longa per interualla. Hæc confectio lactis diacoleon appellatur. Sine hijs uero confectio erit longe simplicior, quæ Græci aperiergon uocant: *Lac aperiergon.* Vas enim lactis erit imponendum igni molliori, & immissa ferula metienda mensura totius ac dimidiæ, & tertie quantitatis, quo non coniectura, sed uera dimensione coctionis quantitatem sumamus. Tunc ex ipsa ferula circūlato ductu mouebimus coquētes, ne lateribus uel fundo iugi mansione insidant: Dehinc ultimo coctionis tempore plurimus detrahendus est ignis, & cū ad partem dimidiā, uel tertiam uenerit, erit in aliud uas refundendū, exinde agrotandū, non frigidum, sed leuiter gelatum, quod galactodes appellant. Ac si forte stomachi fuerit euersio comotacum accipere agrotantes horrescunt, erit frigidum dandum, præfecto uasculo niuisbus: *Lac galactodes.* Ut enim mel decoctum fit constrictiuum, sic etiam

Adine rotundata frusta dare bibenda, aut resoluta cum uitello ouī affi in quan-
 titate dimidij cochlearij, aut aqua resoluta: in hijs qui febre afficiuntur tribus cya-
 this: in hijs uero qui sine febribus sunt cum uino erit offerendum. Præterea com-
 muniter etiam hæc quæ sanguinem expuentibus dantur probamus: Quorum
 est succus plantaginis, uel una die ac nocte rhus syriaci infusus uino uehemen-
 tiori: Quo detracto oryza immissa uino coquemus: Dehinc lenticulæ pulmen-
 rum decorticatæ atq; subassatæ in puliculæ modum conficere. Item oua aceto
 cocta, uel ouorum uitella, quæ sint carbonibus assata. Item decoctio ex planta-
 gine, aut agresta, & intybo, quod cicorion Græci uocant. Sed hæc singula erunt
 duplici coctione curanda: Nam post primam coctionem erunt in aliam aquam
 transferenda cum alijs nondum coctis: Quorum coctione perfecta priorum se-
 cundum probamus effectum. Erunt præterea hæc condienda oleo uiridi, & ace-
 to, & paruo sale, uel quod est melius, rhus. Et si sordidum tardauerit ulcus, inie-
 ctione mulsi perseverandum probamus, nisi solutio fuerit adiuncta: Vel deco-
 ctione mali punici etiam, si crebræ temporaliu uentris egestiones: quæ quidē
 erunt terenda. Item corticis pini, aut subassatæ interioris tunicæ, siue corticis
 glandis, quam sardianam uocant, aut pulenti, aut cuiuslibet materiæ uehemen-
 tius astringentis. Ac si quisquam harum uirtutum recusauerit usum, horrens *Sardiana*
 oblata, siquidem sensu torqueant acriore, erunt hæc mellis decocti atque du-
 rati latitudine cingenda, quo sub dulcedine lateant acriora, & nihil eorum uir-
 tuti derogetur: siquidem etiam mel coctum constringat. Item malorum puni-
 corum trium mediæ magnitudinis corticem sumētes, admixto uino lymphato,
 hoc est, aqua temperato coquemus, in hijs qui sine febribus afficiuntur, uel
 declinante causa melius habere uidentur: Cū cisternina uero heminas sex, quas
 cotylas Græci appellant, in hijs qui etiam febribus afficiuntur, donec ad tertiam
 partem liquor deueniat. Tum ex ipso duos uel tres cyathos ante cibū dabimus
 erunt offerenda non plus cyathis duobus. Item mala cydonia cum malis puni-
 cis decocta in uino dulci, aut squillitico, tunc fricatione siccata atque crassifica-
 ta cum lacte dato conueniunt, uel aquæ cyathis sex. Item ges aster cum aqua du-
 cta curationi conuenit. Alia quoque plurima simillimæ uirtutis infinita specie
 concurrunt. Item cibo danda alica cum uino melino aut murtino aqua tempe-
 rato. Tunc plurimo profectu accedente dandi turdi, atq; pulli gallinacei, uel co-
 lumbarum atque uolantum quæq; sicciora, ut phasiani pectora, uel perdicis, aut
 attagenæ agrestis: Quæ singula erunt postea apte coquenda, aut mediocriter as-
 sanda, ne lignosa fiant, & digestionī officiant. Aliquando etiam erunt hæc ani-
 malia reclusis pectoribus uirgultis murtæ penetranda, aut eis magis replenda.
 Tunc mediocriter coquenda, ac deinde farina conspersa tegenda, & cinere cali-
 do maturanda. Item maritima quæ sunt densioris carnis. Agrestium quoque,
 hoc est, leporis uel capræ conueniunt pulmenta, uel pomorum, quæq; uiuida
 uirtute constringere ualent, ut mala cydonia cocta uel assata. Item pira, sorba,
 mespyla, quæ nodum fuerint maturitate dulcia, pruna agrestia, mali punici gra-
 na cum exterioribus membranīs exiccata. Itē uua, & magis sumi uapore sicca-
 ta, quam fabrilem appellant. Omnis præterea cibus erit diligenter masticatio *Uua fabrilis*
 ne exercendus, quo digestibilis fiat, ne uenter debilitate segnior plurimo labore
 nixu appropriado corpori quæ sumpserit. Melius autē partibus erit apponendū
 diatheon medicamen, & omne quod fuerit siccatiuum malagma, uel aceto con-
 sectum. Tunc etiam uinum dandum, quod fuerit natura plurimum constringens,
 gens,

G gens, ac pro regionibus cognitum, ut in Italia Prænestinum appellatum, uel Surrentinū, & magis Signinum ac Marsicum: Ex quo oportet etiam alicam myrocuratam dari. Ac si forte hoc uini genus minime fuerit repertum, erit quiddā aquæ calidæ admiscendum, quod eandem ualeat imitari uirtutem, ut rhaponticum, uel illud quod Græci appellant inter corticem quercus inhærens, pertetā neruorum fila teneriora. Item rhus linteo ligato, uel galla uiridis, quæ appellata est omphacine, aut uitis amyli, quas elicæ appellant, aut uirga rubi, aut cerasia, aut mala punica, aut fabæ græcæ folia: Non hæc quidem erunt iugiter adhibenda, sed medicaminis uice. Tunc apparente magis profectu adhibendum lauacrum, & corporum motus per gestationem, uel deambulationem insinuandus. Ac si passio perseuerauerit transacta superpositione, erūt iisdem quæ supra memorauimus resumendi ægrotantes, adiecto uocis exercitio cum corporis uehementi defricatione, & magis uentris in locis. Item cyclus iuxta regulam, quæ aut qualitatis solius habeat ductum, ut æquali quantitate seruata descensus uel transitus ad parui nutrimenti mutationem ueniat, ut à tardis uel paruis uolantū animalibus ad palumbos uel perdices, & hijs similia. Aliquando per quantitatem solam, ut eodem pulmento seruato, exempli causa, perdicis, & paruo modo ueniant ad plurimum. Tunc erunt utraq; iungenda, ut etiam qualitate ac quantitate uariatus formetur cyclus, cum uires ægrotantis ualentes uiderimus. Quo modo autem initium sumendum sit, uel panis fieri partitio: uel quia in pulmentorum mutationibus uinum uel lauacrum detrahimus, ex iamdudum dictis accipiendum probamus: Sed lauacra rara atque calida magis inuenimus aptissima. Tum confirmato corpore, ac resumptis uiribus uomitum cōuenit adhibere: & primo ex simplici potu, secundo ex radicibus, quo partiliter locale adiutorium uentri præstemus, & quodam uehementi motu, ueluti purgatione per uomitum effecta, omni impedimento digestionis officij liberetur. Tum transeundum ad mediæ qualitatis pulmenta, & cætera cyclorum ordine suo reddenda usque ad porcina pulmenta. Itaq; agrestium, hoc est, leporum atq; capræ danda iamdudum docuimus. Dehinc adiungenda drimiphagia, quæ sine uomitu erit adhibenda uno uel duobus diebus, ac deinde cæteræ cycli partes integrandæ. Conuenit præterea oliuas nigras aceto decoctas, cum mali punici cortice contritas, admixto pipere albo, & oleo hispano modico, atque recenti ieiuno ægrotanti dare: nunc nulla addita specie, nunc adiuncto pane. Ordinanda etiam cætera resumptiua atq; re corporatiua uirtute medentia, ut gestatio uaria, deambulatione, uocis exercitium, perunctio, defricatio, quæ nunc exercitij tempore, atque uncto nunc arido uel sicco erit aptissima. Item sicca cibatio, & cucurbita re corporatiua uirtutis secundum medias partes, dropax illitus usque ad uentris cōfinia atq; uerteborum, psilothra, sinapismi, & paroptesis usque ad cutis ruborē, cum defricatione ex oleo atque nitro. Item arena sole ignita, acopa acriora, usque ex euphorbio, & opobalsamo, & simili uirtute medentibus confecta. Item malagma secundum uentrem, quod appellatur diatapsias, uel diacapaneos, & diaeuphorbium, & aliquando parua sumptio medicaminis poti, quod appellamus diatrion pipereon. Et sunt hæc cuncta medicaminum libro conscripta Responsum. Item peregrinatio atque natatio maritima, & naturalium aquarum. Ac si fortificatum corpus rursus fuerit humoris fluore tentatum, quod Græci reumatismum uocant, conuenit hellebori dati decocti, uel radicibus inserti, quod catapaston appellant: Dissecat enim corpus, & quadam nouitate confirmat. Culpandi præterea etiam nunc ueteres medicinarum conditores: Hippocrates

Notantur ueteres medici

CHON
 ueteres enim hunc
 aqua calida admiscendum
 uirtutem, ut rhaponticum
 uel illud quod Græci
 inter corticem quercus
 inhærens, pertetā
 neruorum fila teneriora
 Item rhus linteo ligato
 uel galla uiridis, quæ
 appellata est omphacine
 aut uitis amyli, quas
 elicæ appellant, aut
 uirga rubi, aut cerasia
 aut mala punica, aut
 fabæ græcæ folia: Non
 hæc quidem erunt
 iugiter adhibenda, sed
 medicaminis uice.
 Tunc apparente magis
 profectu adhibendum
 lauacrum, & corporum
 motus per gestationem
 uel deambulationem
 insinuandus. Ac si
 passio perseuerauerit
 transacta superpositione
 erūt iisdem quæ supra
 memorauimus resumendi
 ægrotantes, adiecto
 uocis exercitio cum
 corporis uehementi
 defricatione, & magis
 uentris in locis. Item
 cyclus iuxta regulam,
 quæ aut qualitatis
 solius habeat ductum,
 ut æquali quantitate
 seruata descensus uel
 transitus ad parui
 nutrimenti mutationem
 ueniat, ut à tardis uel
 paruis uolantū
 animalibus ad palumbos
 uel perdices, & hijs
 similia. Aliquando per
 quantitatem solam, ut
 eodem pulmento
 seruato, exempli causa,
 perdicis, & paruo
 modo ueniant ad
 plurimum. Tunc erunt
 utraq; iungenda, ut
 etiam qualitate ac
 quantitate uariatus
 formetur cyclus, cum
 uires ægrotantis
 ualentes uiderimus.
 Quo modo autem
 initium sumendum sit,
 uel panis fieri partitio:
 uel quia in pulmen-
 torum mutationibus
 uinum uel lauacrum
 detrahimus, ex iam-
 dudum dictis accipi-
 endum probamus: Sed
 lauacra rara atque
 calida magis inuenimus
 aptissima. Tum
 confirmato corpore, ac
 resumptis uiribus
 uomitum cōuenit
 adhibere: & primo
 ex simplici potu,
 secundo ex radicibus,
 quo partiliter locale
 adiutorium uentri
 præstemus, & quodam
 uehementi motu,
 ueluti purgatione
 per uomitum effecta,
 omni impedimento
 digestionis officij
 liberetur. Tum
 transeundum ad
 mediæ qualitatis
 pulmenta, & cætera
 cyclorum ordine suo
 reddenda usque ad
 porcina pulmenta.
 Itaq; agrestium, hoc
 est, leporum atq;
 capræ danda iam-
 dudum docuimus.
 Dehinc adiungenda
 drimiphagia, quæ
 sine uomitu erit
 adhibenda uno uel
 duobus diebus, ac
 deinde cæteræ cycli
 partes integrandæ.
 Conuenit præterea
 oliuas nigras aceto
 decoctas, cum mali
 punici cortice
 contritas, admixto
 pipere albo, & oleo
 hispano modico,
 atque recenti ieiuno
 ægrotanti dare: nunc
 nulla addita specie,
 nunc adiuncto pane.
 Ordinanda etiam
 cætera resumptiua
 atq; re corporatiua
 uirtute medentia,
 ut gestatio uaria,
 deambulatione,
 uocis exercitium,
 perunctio, defricatio,
 quæ nunc exercitij
 tempore, atque uncto
 nunc arido uel sicco
 erit aptissima. Item
 sicca cibatio, &
 cucurbita re
 corporatiua uirtutis
 secundum medias
 partes, dropax
 illitus usque ad
 uentris cōfinia
 atq; uerteborum,
 psilothra, sinapismi,
 & paroptesis usque
 ad cutis ruborē,
 cum defricatione
 ex oleo atque nitro.
 Item arena sole
 ignita, acopa
 acriora, usque ex
 euphorbio, &
 opobalsamo, &
 simili uirtute
 medentibus
 confecta. Item
 malagma secundum
 uentrem, quod
 appellatur diatapsias,
 uel diacapaneos,
 & diaeuphorbium,
 & aliquando
 parua sumptio
 medicaminis poti,
 quod appellamus
 diatrion pipereon.
 Et sunt hæc cuncta
 medicaminum libro
 conscripta
 Responsum. Item
 peregrinatio atque
 natatio maritima,
 & naturalium
 aquarum. Ac si
 fortificatum corpus
 rursus fuerit
 humoris fluore
 tentatum, quod
 Græci reumatismum
 uocant, conuenit
 hellebori dati
 decocti, uel
 radicibus inserti,
 quod catapaston
 appellant: Dissecat
 enim corpus, &
 quadam nouitate
 confirmat. Culpandi
 præterea etiam
 nunc ueteres
 medicinarum
 conditores:
 Hippocrates

DE VENTRI DEBI
 Tam hoc quodam
 rebus oportet
 quum adum
 do corrupte
 con iure
 rursus
 uel in
 quem
 Solent accipienda
 re
 re
 DE VENTRI
 si
 Venerem uentri
 melia, uel
 tu, & aliquando
 ctatioe. Sequer
 nitur à
 positæ. Primo
 ste
 tis
 colligat

A Hippocrates enim libro quem ad sententias Cnidias scripsit, helleborandos principio ægros ordinauit, ultimū adiutorium cæteris antepone[n]s. Dat præterea panem ita curatum, ut neque ab hominibus recte ualentibus posse digeri facile uideatur. Item pulentum, atq; scæni græci semina, cum sint hæc qualitate contra: alia enim astringunt, alia relaxant, & nulli adiutorio tempus adiunxit. Dio- *Hippocrates.*
 des quoq; libro quo de passionibus atq; causis, & curationibus scripsit, prouidens siccandum corpus urinalibus medicaminibus, utendum iubet quibus non solum humor uentris siccarī minime posse perspicitur, uerū etiam uesica in mor- *Diocles.*
 bos cogi inuenitur. Item Erasistratus tertio libro de uentre prohibet cibos dige- *Erasistratus.*
 stibiles ac nutritibiles, æstimans hæc facile posse corrumpi, nō conijciens quoniā omni ægrotanti digestibilium rerum usus conuenire perspicitur: quo minime & in laborē mediæ partes, quibus digestionis celebrantur officia, cogi uideantur officia. Prohibet præterea specialiter lenticulam, atq; mala cydonia, & si quæ si- *Fortasse Lina
suis legena
dum est.*
 milis fuerint uirtutis, quo una uoce omnem congruam uideatur recusare cura- tionem: Nutribilia etenim, quæ ob resumēdas uires principalē tenuerunt locū, superfluū est, ut æstimat, adhibere. Lisius etiā quarto libro Tardarum passionū principio adhibendum uomitū post cibum probat. Sed cum noua ac recens in corpore fuerit passio, sine dubio dupliciter nocens: primo quod intemporaliter, etenim nouellæ passiones suasu quodam, & non agitatione uehementi sunt de- pellendæ: dehinc quod incongruæ, si quidem sit uomitus post cibum grauabilis capiti. Inquit præterea: si humoris perseverauerit fluor, atq; longo tardauerit tē- pore, & typico motu uentrē fecerit humectari, occurribus periodicis tribus uel quatuor interpositis diebus uentrem conuenit prouocare. Vnde plurimū etiam *Lac
σχιωρ.*
 B lac offerendum probant, quod schiston appellatur, siue catarticum, quo in acu- tum potius, ac periculosum ueniant morbum: & exinde possit medicina tan- quam celere[m] facilius curare passionem.

DE VENTRIS DEBILITATE. CAP: IIII.



Iam hoc quidam symptomatis genus, quod nos accidens ap- pellare poterimus, scripserunt: & aiunt debilitate uentris acce- ptum cibum plurimo tempore in eodem permanere: aliquan- do corrumpi; & magis cum intestinum, quod Græci nestin uo- cant, fuerit quoq; debilitate uitiatum. Fieri etiam inflatione se- *v̄sira.*
 cundum uentrem existente, attestante paruo dolore & rugitu *Βορβορισμός.*
 intestinorum, quem borborismon uocant, cum plurimo sputu ac ructatione iu- gi. Sed erit accipienda curatio ex hijs quæ cum dolore, atq; intestinorum tormen- to ægrotantibus adhibenda scripsimus.

DE VENTRIS TVMORE AC DVRTIA
& uentositate, inflatione, ac saltu CAP: V.



Vmorem uentris extantia sequetur secundum præcordiorum media, resistens atque dolorosa, attestante feruore & iugi sal- tu, & aliquando febricula, cum fastidio & siti, anxietate, & ia- ctatione. Sequentur etiam uigiliæ, & cibi corruptio. Sed discer- nitur à superiorum tumore, hoc est peritonei, siue cutis super- *σπιρίσιον.*
 positæ. Primo quod transuoratus cibus uelut percussum præ- stet circa stomachi finem, uel uentris initium. Secundo quod adducta cutis digi- tis, conduplicata sequatur: Duritiam uero uentris sequetur extantia, plurimum resistens sine ullo feruore atque pulsū, uel dolore, sed sola spiratione difficili, & dige,

A & humore crassiore cōfecta: Excluduntur enim primo pinguiā, dehinc sangui nolenta cum stercore coagulato. Nos deniq; tenefmon dysenterix adiungen- *Tenefmos dys*
 dā probamus: siquidē sit ulceratio partis intestini, nisi quis uoluerit ante ulcera- *enterix iun-*
 tionē solum tumorē appellare tenefmon: quod est quidē inconsequens omniū *gitur.*
 scribentium dictis, quibus tenefmon necessariō fuit prouidendus, ut sola proter *Diocles.*
 uitate medicamina pota danda alacri temeritate confingant: sed etiam nobilium *Myrrha.*
 multi, ut Diocles libris quos de passionibus atq; causis, & curationibus scripsit, *Praxagoras.*
 lacordinat cum melle bibendū, uentrem prouocās in fluorē. Item murrhā cum *Erasistratus.*
 ouis atq; uino cōmixtam, cū necessariō stomachū murrha euertere uideatur. Itē *Themison.*
 utitur ptisana cū adipe forbēda: Itē galla cum opio, neq; discretionē qualitātū, *Themison.*
 neq; temporū memorans usum. Praxagoras libro primo Curationum statuit *Themison.*
 uentrem deducendum peplio & lacte plurimo, cum mulso, potans & aqua sal- *Themison.*
 sa, & succo betæ, & oleo cum mulso. Hoc condimento iniiciēs, & oleo, & liqui- *Themison.*
 do cerotario cum aqua, quibus uenter magis in fluorem prouocatur. Itē nutrit *Themison.*
 bis cocto pane, qui sit necessariō digestionē difficilis, cum plurimū torretur. Itē *Themison.*
 piscibus saxatilibus, & carnibus teneris, cū debuerit densioribus magis ob strin- *Themison.*
 gendam solutionē: Dat aquam bibendā, & uinum dulce, quod etiam sanos in- *Themison.*
 flare perspicitur. Offert farinā cum lacte coctā, quæ indigestibilis probatur: Sic *Themison.*
 etiam tritici ptisana cum cantabro. Ordinat etiā secundam & tertiam curationē, *Themison.*
 nullam adijciens discretionē. Item Erasistratus secundo libro de uentre plurima *Themison.*
 recte componens, solis utitur constrictiuis, cum sint plurimi dysenterici laxatio- *Themison.*
 ne indigentes. Themison primo libro Tardarū passionū plurima recte memora *Themison.*
 uit, aliqua uero correctione indigētia: Laxamenti enim causa, atq; lapsus facien- *Themison.*
 diaquæ, & arnoglossæ succo iniectionē faciendam probat, & hoc aptum etiam *Themison.*
 tumoribus memorat, quod ob cōstrictionē siccare perspicit. Adhihet etiā nari- *Themison.*
 bus atq; auribus, & angulis oculorū sanguinis detractionē, nihil propositis pro- *Themison.*
 futurā, & post cibum unctionē, quo tempore quies est adhibenda, ob digestio- *Themison.*
 nis perficiendæ facilitatē. Dat etiam uinum asperius, cum fluorem uehemente- *Themison.*
 scere uiderit atq; febrem. Et meratū probat offerendum, quo tempore ob aug- *Themison.*
 mentum passionis aqua uino infecta conueniat, maxime cum merata potio ue- *Themison.*
 xare neruos approbetur, quos Græci cremasteras uocauerunt. *Themison.*

DE COLICIS PASSIONIBVS. CAP: VII.

Principium huius capituli deest.

Concurrat præterea grauedo, sitis fastidium, & incessante passione, siue acces- *Themison.*
 sionis tempore articulorum frigidus torpor & liuor, attestante sudore; & men- *Themison.*
 tis hebetudo, cum pulsus paruitate ac densitate. Item sequitur singultus, & uen- *Themison.*
 tris abstinentia, aut cum dolore egestio urinæ reddendæ difficultas, capitis gra- *Themison.*
 uedo, intestinorum rugitus scatens, quem Græci borborigmon uocant, & aug- *Themison.*
 mento passionis uomitus humorum crassorum, quos Græci phlegmata uocāt, *Themison.*
 tum felineorum, cum tensione membranæ quæ uentrem intra cutem circunte *Themison.*
 git, & appellata est peritoneon, quæ perseverans faciat inflationis causa resonū *Themison.*
 tympani, cum palma fuerint loca pulsata: Tum extantia cum rugitu plurimo, *Themison.*
 & dimissionis tempore uenti per podicem egestio cum magno sonitu. Ac si tu- *Themison.*
 mor fuerit insidens atque roboratus, erit extantia durior, ac puluoso attestante *Themison.*
 feruore, cuius circumspectio simplex, sed inæqualis esse uidebitur: quod discer- *Themison.*
 nitur

K nitur

A Quod Græci anæsthesian appellant, hebetudine partium suffecta. Item simpli-
 cia, ut decoctio apij, uel nardi celtiberici, aut herbæ saluæ, aut polij, aut cymi-
 ni ægyptij, uel rutæ, aut dauci, magis cretici, aut petroselini tribus cyathis a-
 quæ calidæ admixto cochleari, uel asperfo succo polij, aut cymini ægyptij, aut
 petroselini, aut cochleari castorei, itemq; fœniculi. Sed est semper horum datio
 in tumoribus uitanda: siquidem sint acria uel laceffentia uirtute. Conuenit præ-
 terea cum totius passionis fuerit status, solio oleo calido pleno ægros dare, & fir-
 mata declinatione gestationem adhibere, aucta moderatione ciborum. Tum
 uinum, atque communiter resumptionem, & medijs partibus cerotaria ex oleo
 sabino, uel cyprino, aut sicyonio, uel glaucino, aut amaracino, aut laurino, aut
 panacino, aut rutino, aut anethino, samfucino, uel quod diateffaron appella-
 tur, resina terebinthina, cera, iri illyrica, hyssopo, omnibus æqualibus: siue
 quod diapente uocant, pice, nitro, alumine, sulphure, cera. Sumendæ denique
 picis liquidæ heminæ duæ, & ceræ libra: Quibus solutis atque leuiter refrigera-
 tis aspergendum nitrum rubrum tritum, & alumen scissum, & sulphur uiuum
 singulæ selibræ. Cum autem in lenimento tardauerit passio, conueniunt ea quæ
 fortificare ualeant corpus sine recorporatione demutare, ut uaria gestatio, &
 deambulatio, uocis exercitium, atque perunctio, adhibito monitore, siue fri-
 catio cum retentione spiritus, & sphæræ lusus, uel cursus, & humerorum addi-
 tus motus. Item cibus qui inflare minime possit ex mediæ materiæ qualitate, &
 tenue uinum, atque lauacrum longa per interualla: hinc enim facile corpora
 perfrigescunt. Item rubor faciendus uentris in partibus, atque inter scapulas &
 dunes ex dropace, uel sole, & flammæ paroptesi, uel parietibus, uel ceromate,
 aut pellibus, uel arena littoris sole ignita. Item strigilis rasio adhibenda corpo-
 ribus, & sicca defricatio ex asperis pannis, & cucurbita recorporatiua apponen-
 da. Item unctio acoporū feruentium acriorum, ut sunt diaeuphorbium, aut ca-
 ritum, nitri fricatio, & sinapismus, & uaporatio feruens ex aqua marina, uel
 falsa, uel supradictarum acriorum uirtutum decoctionibus, uel facellis salere-
 pletis: quibus præstitis uel corpori admotis erunt aliquando cauteris superpo-
 nendi, & circuminuolendi: Item farina circumclaudendus locus in passione
 constitutus, & implendus item cauliculis, & oleo: tum immittendi cauteris
 igniti sensim, non usq; ad loci scarificationem, siue uersionis effectum, sed usq;
 ad ruborem faciendum. Tum malagma quod appellatur diaspermation, uel
 polyarchion, aut diadaphnidon, diachylon, aut diaeuphorbium. Item aquarū
 illisio patientibus locis, quam cataclysmion Græci uocauerunt, & iniectio cly-
 steris rutacij, aut anethini, aut panacini olei, uel extenta uirtute aquæ falsæ. Et
 eum olim futuram superpositionem uiderimus, uomitus ieiunio adhibendus
 ex radicibus. Tum perseuerante passione etiam ex helleboro radicibus inserto:
 tum infuso, ac deinde conciso iuxta ordinem cycli partium cæterarū. Dandum
 etiam potui medicamen, quod Græci theriacen antidotum uocant, uel diagin-
 gibereos, Peregrinatio quoque adhibenda, & longa nauigatio, & usus aqua-
 rum naturali uirtute medentium, & magis sulphuris ac medicaminis uirtutem
 redolentium. Item maritimarum, & primo feruentium, tum frigidarum. Ac si
 retentio uentris fuerit, ob egestionem faciendam adhibenda iniectio ex melle
 atque sale: Quæ si minime compleuerit effectum, etiam ex aloë admixto succo
 coliculi agreitis uel usualis, uel lapatij: ex quibus erunt catapotia facienda in
 erui magnitudinem, quorum quatuor uel quinque dabimus transbibenda. Itē
 marini coliculi offerendi. Erunt præterea præcauenda magis quæ passionem ua-
 leant

ἀνκιθισία.

διατίσσορος.


διάπεντα.

Lusus spheræ

κατακλυσμός.

θηριακόν.

κατακλύματα.



A mitu, & irrationabili exclamatione. Item à stomachicis discernuntur, cum nullus fuerit humor in stomachi partibus inuentus, & intestinorum tormenta sustineant. A syntecticis uero discernuntur, quod nulla querela tormentorum, uel conuersionis, aut doloris in intestinis, uel uentre afficiatur: quod necessarîo lumbricis laborantes sequetur. Item ab hijs qui naturaliter, uel ex multitudine cibi per somnum labia conducunt in similitudinem sorbentium, uel sine ulla ratione aut exiliunt, quod moderatione accedente, atq; cibi facta deductione releuantur. Hij uero qui lumbricis afficiuntur magis uexentur paritate ciborū. Hac est similitum discretio passionum. De exclusione uero siue egestione lumbricorum ueteres medici præciam significationem posuerunt, & appellauerunt prognosin: in quo diuersa senserunt: Nam Hippocrates libro Prognostico significare inquit lumbricos interfectionem ægrotantis, quoties mortui fuerint exclusi omnibus in morbis. Item quidam communiter mortuos lumbricos aiunt graua denuntiare: siquidem ostendant inesse corpori ruptionem. Diocles libro Prognostico euomitos inquit lumbricos nihil alienū significare, nec esse absurdum: per inferiora uero excludi quoque lumbricos non admirandum, sed mortuos & inanes esse melius ac salutare: Viuos uero atque plenos & sanguinolentos perniciosum. Item libro de egestionibus scripto, uiuos uel plenos, ac sanguinolentos febribiles dixit. Erophilus uero libro quem ad Hippocratis Prognosticum scripsit, siue uiuos, siue mortuos excludi negat incongruum. Apollonius Glaucus libris quos de Interioribus scripsit, reiectos rotundos lumbricos initio significare indigestionum frequentiam, ultimo uero ægritudinis properare iudicium, quod crisin appellant. Item uiuos ac plenos, & sanguinolentos non recta portendere. Apollonius Memphites percunctatiuo, siue uniuersali modo, quem Græci catholicon uocant, omnia inquit in intestinis animalia nata in morbis graua significare, & magis mortua, quàm si uiua excludantur. Item Antiphanes libro quem Panopten appellauit, melius esse per inferiora, quàm per uomitū lumbricos excludere, & solos magis quàm cum stercoribus. Chrysippus Asclepiadis sectator, libro tertio de lumbricis, solis in celeribus causis, siue periculosis mortuos inquit lumbricos egestos interfectionem ægro portendere: Ostendunt enim mortui aciem uehementem inesse, quando magis ægri periclitantur. Sic inquit denique Hippocratem ferri, dicentem suo libro, eos qui in ægritudinis declinatione cum stercoribus egeruntur, nihil graue significare. Sed neque inquit Dioclem Hippocrati contrariam protulisse sententiam, dicendo mortuos uel inanes esse meliores: siquidem hic in febribus solutionum hoc dixisse uideatur: Hippocrates autem mortem significare, sed in febribus stricturæ. Nos uero communiter significari aliquam ex lumbricis dicimus corruptionem, quam lientericis irruentem bonum quicquam portendere iudicamus, de ipsis scribentes docuimus: in omnibus uero cæteris noxiam. Item sanguinolentorū exclusio etiam debilitatem significat: Alibi etenim, & nondum mutata aut corrupta materia nutriuntur: Sanguinolenti uero uellendo ex ipso sanguine nutriuntur. Item in augmento accessionis febrium exclusi turborem altiorum partium ostendunt, & magis si fuerint sanguinolenti: declinatione uero laxamentum, sicut cætera, hoc est stercorum uel urinæ, uel quorumlibet officiorum egestio: Etenim laxatis corporibus reddi uidentur: quippe cum quorum adiectio grauet, eorum detractio necessarîo releuet. Hæc est lumbricorum significatio, sed ob curationem in hijs quos ascaridas uo-

συτηκτιμα

πρόγνωσις
Hippocrates.

Diocles.

Erophilus.

Apollonius
Glaucus.
επίοις

Apollonius
Memphites.
καθολικός
modus.

Antiphanes.
Chrysippus.

ἀσκαρίδας

K 3 cauimus

Cienda, & magis adiuncto uel admixto oleo plurimo calido, & succis præseri-
ptis, quo plurima mordicatione intestina afficiantur. Ac si lati fuerint lumbrici,
erit adhibendus uomitus ex oleo, non ex radicibus, & alia die clystere utendū,
admixta nitri parte, uel salis. Danda etiam aqua falsa potui, aut glycyrrhizæ ra-
dicis decoctio, aut similiter incocta glycyrrhiza. Alij uero tres drachmas gly-
cyrrhizæ cum nitro probauerunt, Alij diagridij obolos tres, cum polypodij her-
bæ drachmis duabus. Alij ex pinnis medicamen confectum. Sed erit semper
tentandum, ubi res patiuntur, ut hijs utamur medicaminibus, quæ minime sto-
machum afficiant. Tum cum sensum acceperint ægrotantes animalium caren-
dorum, ut interpellatione uentris admoneantur, subiicienda erit aqua calida,
quo & loca relaxentur, & animalia procedant, ne frigore percussa fugiant. Erat
præterea curandum, ne frequenter hæc animalia renascantur, ut unctione regu-
lari corpora fortificemus, adhibito præceptore, adhibita etiam recorporatione
cyclicæ, quæ fit uomitu radicum, & drimiphagiæ, & dropacæ, & sinapismo,
& paroptesi, & horum similibus uirtute rebus.

παρ' ἄλλοι.

DE MOLLIBVS, SIVE SVBACTIS,
quos Græci malthacos uocant. CAP: IX.

παλαιοι.



D

Soranus.

τριβάδες.

Tribades

Molles, siue subactos Græci malthacos uocauerunt, quos qui-
dem esse nullus facile uirorum credit: Non enim hoc huma-
nos ex natura uenit in mores, sed pulso pudore, libido etiam
indebitas partes obscenis usus subiugauit, cum nullus cu-
piditati modus, nulla satietati spes est, singulis spartanum suf-
ficiunt sua: Nam si nostri corporis loca diuina prouidentia cer-
tis destinauit officijs. Tum denique uolentes ueste atque gressu, & alijs fœmi-
ninis rebus, quæ sunt à passionibus corporis aliena, sed potius corruptæ mentis
uitia: Nam sæpe tumentes, uel quod est difficile, uerentes quosdam, quibus
forte deferunt, repente mutati paruo tempore uirilitalis quærunt indicia demon-
strare, cuius quia modum nesciunt, rursus nimietate sublatis plus quoque quam
uirtuti conuenit faciunt, & maioribus se peccatis inuoluunt. Constat itaque
etiam hoc nostro iudicio, hos uera sentire: Est enim, ut Soranus ait, mali-
gne ac fœdissime mentis passio: Nam sicut fœminæ Tribades appellatæ, quod
utranque Venerem exerceant, mulieribus magis quam uiris misceri festinant,
& easdem in uidentia penè uirili sectantur: Et cum passione fuerint deserta,
seu temporaliter releuata, ea quærunt alijs obijcere quæ pati noscuntur, iuuu-
mini humilitate duplici sexu confectam, uelut frequenter ebrietate corruptæ
in nouas libidinis formas erumpentes, consuetudine turpi nutritas, sui sexus
iniurijs gaudent: Sic illi comparatione talium animi passione iactari noscun-
tur: Nam neque ulla curatio corporis depellendæ passionis causa recte puta-
tur adhibenda, sed potius animus coercendus, qui tanta peccatorum labe ue-
xatur: Nemo enim pruriens corpus fœminando correxit, uel uirilis ueretri ta-
ctu mitigauit. Sed communiter querelam siue dolorem alia ex materia tolera-
uit. Denique etiam à Clodio historia curationis data ascaridarum esse perspi-
citur, quos de lumbricis scribentes uermiculos esse docuimus longaonis in par-
tibus natos. Parmenides libris quos de natura scripsit, euentu inquit conce-
ptionis molles aliquando, seu subactos homines generari. Cuius quia græ-
cum est

Clodius.

Parmenides.

et obliqua sunt uer-
sibus corpori sui neque
Exercita uigilant
Veneris uirtutes diuersi
Tempore seruans de-
Nihil uirtutes permit-
Nec faciant uitam per-
Nec centem gemitu uer-
Vale enim feminum præ-
sistens corporis faciant
mixto femine corporis uirtutes
ros aduentu sequatur. Mala
esse passionem, & propterea in-
um criminantes, quæ lux parit
tas specula à sepe dicitur uer-
pra tenent uita, ut nulla possint
sentiam, sius grauior mentis
irrationales corporis uirtutes
propterea utat uergete miltio
ta uirtutes effectus dicitur. Item
am in uirtute deficit passio que
dicitur, quæ subactos seu molles
Nec, & infanda magis libidine
in uirtute ad hoc uirtute corporis
natura libido diuiserit, aut
libido uero que senectute deficit
uirtute in uirtute ducto
uirtute uirtute uirtute
uirtute uirtute uirtute
uirtute uirtute uirtute

A cum est epigramma, & hoc uersibus intimabo: Latinos enim, ut potui, simili modo compo sui, ne linguarum ratio misceretur.

Fœmina, uirq̄ simul Veneris cum germina miscent
 Venis informans diuerso ex sanguine uirtus
 Temperiem seruans bene condita corpora fingit.
 Nam si uirtutes permixto semine pugnent,
 Nec faciant unam permixto in corpore diræ
 Nascentem gemino uexabunt semine sexum.

Vult enim seminum præter materias esse uirtutes, quæ si se ita miscuerint, & eiusdem corporis faciant, unam congruam sexui generent uoluntatē. Si autē permixto semine corporeo uirtutes separatae permanferint, utriusque Veneris naturas adpetentia sequatur. Multi præterea sectarum principes, genuinam dicunt esse passionem, & propterea in posteros uenire cum semine, non quidem naturam criminantes, quæ suæ puritatis metas alijs ex animalibus docet: nam sunt eius specula à sapientibus nuncupata, sed humanum genus, quod ita semel recepta tenuerit uitia, ut nulla possit in stauratione purgari, nec ullum nouitati liquerit locum, sitq̄ grauior mentis culpa, ut cum plurimæ genuinæ, seu aduentitiæ passiones corporibus infractæ consenscant, ut podagra, epilepsia, furor: & propterea ætate uergente mitiores procul dubio fiant: Omnia etenim uexantia ualidos effectus dabunt firmitate opposita subiacentium materiarum, quæ cum in senibus deficit, passio quoque minuitur, ut fortitudo: sola tamen supra dicta, quæ subactos seu molles efficit uiros, senescenti corpore grauius inualefcit, & infanda magis libidine mouet, non quidem sine ratione: In alijs enim ætatibus adhuc ualido corpore, & naturalia uentris officia celebrante, gemina luxuriæ libido diuiditur, animorum nunc faciendo, nunc facie iactata.

In hijs uero qui senectute defecti uirili Veneris officio caruerint, omnis animi libido in contrariam ducitur appetentiam: & propterea foemina ualidius Venerem poscit. Hinc denique conijciunt pluri mi etiam pueros hac passione iactari: Similiter enim senibus uirili indigent officio, quod in ipsis nondum & illos deseruit.

CAELII AVRELIANI SICCENSIS
 LIBRI QUARTI
 TITULUS FINIS.

CAELII

A ac si perseverans fuerit motus facilius fiet: Tum rursus subsidunt, uel intenti re-
 sistunt repete, tanquam fuerant necdum gressu tentato. Tunc magis uehemen-
 tem dolorem sentiunt, & ambulant quidam capitibus digitorum gradientes;
 alij extenti quidem, sed sinuatis clunibus, ut neq; se pronos inclinare ualeant:
 alij contracti atq; conducti, qui peius omnibus habere noscuntur: siquidem pas-
 sio apprehenderit etiam spinæ musculos, & propterea duritia quadam hæc inua-
 sisse uideatur loca. Patitur autem principaliter membrana quæ ossa circūregit,
 quam Græci periosteon uocant: Item musculorum capita, uel summitates. De
 niq; augmento passionis intercreatus humor, & frequenti dolore corruptus, in
 saniem transiens partes aliquas collectionibus afficit. Sed quoniam plurima su-
 prædictorum sequentur etiam eas quæ matricis uexatione afficiuntur, & magis
 cum eius fuerit inclinatio facta, quam paracelsin uocant, facienda est discretio
 passionum: & primo quod matrice patiente in eadem potius causa inueniatur,
 atq; ex ipsa initium sumant. Pseadici uero clunium dolore afficiuntur, & tardo
 motu, ut se renitente dolore nec inclinare ualeant, ac difficilius & dolentius sub-
 rignant. Plurimis igitur dolor cito conquiescit: aliquibus uero perseverat, par-
 tes durefcunt atq; conducuntur. Hijs deniq; usq; ad pene cutem unicus seque-
 tur gressus. Si itaq; exteriores musculi fuerint in passione constituti, etiam tactu
 tentati dolescunt. Interiores autem ex interioribus dolorem accipiunt, tanquã
 in nephriticis contingit: Quos propterea deniq; similes discernimus: siquidem
 alia multa eisdem propria concurrant, quæ de ipsis scribentes memorauimus.
 Pseadici autem, atq; ischiadici, quorum nunc curationem scribimus, dolor
 efficitur nunc iugis, nunc deficientes, ordinatus aut inordinatus, ac longis uel par-
 uis interuallis recurrens, ac puris, limpidis lenimentorum uariatus spatijs, aut
 mediocres reliquias seruans. Vtilem inquit Hippocrates ischiadicis dysenteriam:
 Habet enim imitationis quiddam recorporationis faciunda: quanquam pluri-
 ma uexatione corpus afficere uideatur. Item hæmorrhoidas, uel uarices, ut alij
 dicunt, laxamenti causa. Sunt autem difficiles curatione magis, qui plurimo
 tempore fuerint passione uexati, & multis atque uarijs accidentibus signis affe-
 cti. In ordine itaq; curationis hæc erunt intuenda, ut cum recens fuerit passio uel
 ueterata, Sed in superpositionis tempore constituta, iacere faciamus ægrotantē
 mollioribus stramentis calido in loco, adhibita abstinentia & requie usque ad
 primam diatriam. Tunc lanis mollibus ac limpidis oleo calido dulci præinctis
 dolentia loca contegenda. Adhibenda etiam fomētatio iugis ex oleo dulci cali-
 do. Item uaporationum commutatio, sicut in multis docuimus scribentes, &
 phlebotomia tempore consueto, atq; ex brachio dolenti parti è contrario, uel
 plurimum dolenti comparatione alterius. Ac si æqualis in utraq; fuerit parte do-
 lor, ex eo in quo fuerit facilius uena erit detractio faciunda. Si neq; hoc occurre-
 rit, ex sinistro brachio adiutorium adhibendum: siquidem minus officijs domi-
 ni necessaria pars esse uideatur: nisi forte sinistri, hoc est scæi fuerint ægrotantes.
 Tum tertia die adhibenda perunctio ex oleo dulci atq; calido. Dehinc ora lauan-
 da, cibus dandus nutritibilis, calidus, tener, tanquã stricturæ conueniens, & potui
 aqua calida usq; ad declinationis tempus. Seruanda etiam cibi alterna dierū ob-
 latio. Tunc cessante dolore resumptio adhibenda. Perseuerante uero alia dia-
 triti tempore, adhibenda iniectio ex decoctione foenigræci seminis, aut lini, aut
 hybisci, quam Græci althæan uocant: quo pariter fora atque uaporata interiora
 laxamento consentiant. Admiscendum denique oleum calidum. Item succus
 alicæ uel ptisanæ, uel oleum solum, aut admixto adipe anserino, uel gallinaceo
 iniiciendum,

περιστεον

παρὰ κλίμα

νεφριτιαι

Dysenteria
ischiadicis
utilis.

σκαί

ELII AVRII

SPOGENSIS

LIBER QUINTUS

CAPITULUM

DE

CHRONION

LIBER V.

CAPITULUM

DE

CHRONION

LIBER V.

CAPITULUM

DE

CHRONION

LIBER V.

CAPITULUM

DE

CHRONION

LIBER V.

CAPITULUM

DE

CHRONION

LIBER V.

CAPITULUM

DE

CHRONION

LIBER V.

CAPITULUM

DE

CHRONION

LIBER V.

CAPITULUM

DE

CHRONION

LIBER V.

Ariūm debilitas prohibuerit eodem tempore totum detrahi, tunc interiectis duobus diebus, uel quantum uires permiserint residuum retrahimus, sed alio in loco diuisuram facientes: uel si rursus oportuerit, tertio: Etenim prima diuisura seruata distans aut coherens soluta tumores uel consensus ingerit uehementes. Tum perfecta humoris detractio neque abstinētia utemur, ut Asclepiades, neque plurimū damus cibum, sed pro modo uiriū: etenim abstinētia omni ex parte adhibita uires uexat: quippe post plurimam detractioem. Multi item oblatio cibi grauens opprimit corpus potius quā resumit. Erunt autem ante cibum sensum perungendi atque reficiendi facilibus, & potio sufficienti. Ac si dolores aliqui emerferint, uaporationibus soluendi, atque cataplasmatibus mitigandi. Tunc indulgentia relaxatis, uel forte non emergentibus, adhibemus ea quæ tumorem fieri non sinant, & superimpositis spongijs conligamus. Transacto tumore metu magis uentris folliculum uel cutem intestinis cogimur adserere, atque similiter cætera quæ in tumore fuerāt constituta, ut nuper docuimus. Aegrotantes præterea nauicula exerceri hortamur, & paulatim recorporatiuæ subiicimus curationi. Ac si neque ita fuerint resoluti, utemur helleboro iisdem curationibus insistentes, donec corpus repetat fortitudo, atque densior uel coacta noscatur attestante rubore. Hæc est secundum methodum hydropum curatio. Plurimi autem earum sectarum principes, atque nostræ ueteres, nihil ueri curantes, ac magis contemptu quodam astruções corporū aspernantes, solius detrahendi humoris intentione traducti quoquo modo id perficiendū crediderunt, immensa siti atque fame ægros afficiētes, corpore concauo pectine decurso: & mille præterea urinalibus medicaminum, quæ diuretica uocant, uesicam cōmouendam probāt, & uentrisfluis potionibus, quæ catartica appellant, uentrē prouocandum dicunt cocco Cnidio, atque lepida cyprina, & chamaeleæ & hippophaë herba, & ex crotonibus confecto oleo cicino: item neoro. Ex quibus cunctis stomachus uexatur, atque cibi appetitum amittit, sitis incenditur, corpus defluit, sanguis corrumpitur, atque humor detractus renascitur, uires auferuntur: siquidem neque potestas moderandæ detractioem sit in artificis manu. Item quidam tanquam siccabile humoris ophiten lapidem ligauerunt, expertis ægrorum salutem credentes. Singulatim denique nobilium medicorum historiam ordinamus. Herodicus igitur, ut Asclepiades memorat, uentris adhibet purgationem, atque post cœnam uomitus, qui sint implebiles potius quā siccabiles. Tunc uaporationibus tepidis aceti decocti exhalatione confectis utitur, uel aquæ marinæ, admixta thallicia herba, atque hyssopo, & hijs similibus, uesicis bubulis repletis corpus uaporandum probat, uel alijs quibusque maioribus inflatis tumētia loca pulsari iubet: Sic etiam antiquissimus Euryphon. Hippocrates uero libris, quos ad sentētiās Cnidias scripsit, magis utendum dicit egestate atque uaporatione, & continētia, & danda sicca uel arida quæque & acriora mandenda: Si enim æquibilibis æger fiat, hoc est, urina facilior, ac si spiratio difficilis fuerit, quā dyspnœan uocant, & tempus æstatis, & æstas mediā, dicit ex brachio phlebotomandos, & post detractioem factam dat panem calidum uino infusum atque oleo, & carnē suillam ex aceto decoctam. Dat etiam cantharidas tres detracto capite, & pedibus, & pinnis in tribus cyathis aquæ contritas: sed neque quo tempore exercitio utendum sit manifestans, neque usque quo mandenda sint acriora, uel quando uaporationes adhibendæ. Dehinc si phlebotomare oportuerit, nō solum æstiuo tempore, ac mediā æstate, sed etiam omni tempore atque ætati conuenire probamus. Est præterea importunum uinum, ac repugnans eo tempore commodis phlebotomiæ. Item

Asclepiades.

Asclepiades.
Vrindia.
Cnidio.
Ventrifluis.
Cocco.
Cicino.

Ophis.
Herodicus.

Euryphon.
Hippocrates.

L cantharides

Cantharides humorem comouent; carnis quoque offerenda tempus significare neglexit. Diocles libro quo de passionibus & causis, & curationibus scripsit, siccan-
Diocles. dos inquit, ac mediocriter uaporandos, & deambulationi tradendos aegrotantes, & plurimos sudores comouendos, uel uomitu & urinam prouocandam diagra-
 dio, & apij semine resoluto succo herbae saluiae. Item cardamomu, quantum uen-
 trem ualeat semel deducere, & in aceto panem solutum, & piscem salsum, uel
 pisces elixos & affos, uel silurum piscem, olera, radices, allium, origanum, rutam,
 satureiam, uinum album, & non aquatum, & ferarum carnem; in deambulationi-
 bus uentrem iubet contineri, ceteras corporis partes defricari, exceptis cruri-
 bus. Sed hic quoque communi ceterorum subiicitur accessioni; solum praedamna-
 mus, quod humorem detrahens purgatiuis atque urinalibus medicamentis, &
 uomitu, & sudoribus prouocatis, quibus ex rebus sudor mouendus sit tacuerit,
 uel uomitus. Item deambulatio saepe laboriosa, & piscis silurus bromosus, & al-
 lium inflabile, & plurima ferarum carniuum malos habere succos probantur. Inde
 item quae sint olera deligenda memorare neglexit, & neque fortificari uentifica-
 tionem, uel crura aut totum corpus recte potest, cum nullum modum uel tempus me-
 morauit.

Praxagoras. Praxagoras secundo libro Curationum cataplasmatibus utitur, & malag-
 matibus sudorem mouentibus, & urinalibus medicamentis alijs atque alijs, & uen-
 trem deducantibus. Similiter cono, & folijs hederae, & semine coliculi agrestis,
 aut nasturtij, aut centaurea, uel allio, pipere, & pseudodictamno, aut dauco, &
 chamapitys herbae, & petroselini semine, uel graminis, uel quolibet horum simi-
 lium, & sudorum diurna prouocatione corpus deducit. Vtatur uomitu non solum
 ieiuno, uerum etiam post uespertinum cibum, & aegros plurimum potat, ex quibus
 sensuales uix implentur. Vtatur etiam cataplasmatibus aromaticis, quorum species
 non designat, sed solum cum moromeli, uel lini semine adhiberi iubet, uel malis
 cydonijs, aut caricis, uel adipe, & aqua, aut uix lupinae, uel apij succo: equidem
 uirtutis repugnatione omnia confundens: siquidem alia sint constrictiua, ut ma-
 la, alia laxatiua, ut plurima ceterarum specierum. Deinde post oris collutionem sorbi-
 les dat cibos, quibus uentrem facilem se facere pollicetur: Item potum repugnan-
 te mordacitatio: dat enim acetum uel piscinam, uel huius rursus contraria, ut mullam,
 quibus confusa regula etiam secundum ipsum approbatur Erasistratus libro quo
 de hydrope scripsit, deambulationem ordinat adhibendam prius quam aeris aestus
 ardeant, tanquam curans. Sed si uentris inquit facilitas non fuerit, prohibenda
 medicamina atque legumina, & olera, cum sint plurima olerum quae molliant uen-
 trem, sine ulla corporis uexatione. Item plurimo cibo aegros nutriendos probat,
 cum sit ex paruo saepe indigestionis metus, si neque, inquit, uenter fuerit motus,
 adhibendum clysterem simplicem, hoc est, qui nulla sit acriori materia confectus: cibum
 partitur cibo uel coena, & ante uesperam aegros deambulatione moueri iubet. Tunc
 initio noctis reficit, quando etiam sanis metus est digerendi. Post cibum praeterea
 perungit in lectulo, & certo numero utitur fricationibus: dat catapotia medicamentum
 ante utranque cibi refectioem in faui modo pro uiribus aegrotantis, neque plus decem,
 neque minus quinque numero, & eorum materiam tacet, solum memorat quod ieco-
 rosis haec catapotia congrua uideantur, atque ad urinales partes uenientia plurimum
 faciant mictum: Tum post catapotia dari iubet cibo panem ex farina sesami, & sal-
 sum obdulcatum, ne sitim faciat, non discernens tempus drimyphagiae: Tum in-
 quit dandos pisces, atque carnem gallinarum, uel ferarum, & agnorum, & haedorum, &
 forbilia plurima cum melle uel lacte: non aduertens lactis & mellis qualitatem in
 corruptionem facile uenire; nunc dat potum paruum, & non post prandium, sed post
 uespertinum

D *Erasistratus.* Erasistratus libro de hydrope scripsit, deambulationem ordinat adhibendam prius quam aeris aestus
 ardeant, tanquam curans. Sed si uentris inquit facilitas non fuerit, prohibenda
 medicamina atque legumina, & olera, cum sint plurima olerum quae molliant uen-
 trem, sine ulla corporis uexatione. Item plurimo cibo aegros nutriendos probat,
 cum sit ex paruo saepe indigestionis metus, si neque, inquit, uenter fuerit motus,
 adhibendum clysterem simplicem, hoc est, qui nulla sit acriori materia confectus: cibum
 partitur cibo uel coena, & ante uesperam aegros deambulatione moueri iubet. Tunc
 initio noctis reficit, quando etiam sanis metus est digerendi. Post cibum praeterea
 perungit in lectulo, & certo numero utitur fricationibus: dat catapotia medicamentum
 ante utranque cibi refectioem in faui modo pro uiribus aegrotantis, neque plus decem,
 neque minus quinque numero, & eorum materiam tacet, solum memorat quod ieco-
 rosis haec catapotia congrua uideantur, atque ad urinales partes uenientia plurimum
 faciant mictum: Tum post catapotia dari iubet cibo panem ex farina sesami, & sal-
 sum obdulcatum, ne sitim faciat, non discernens tempus drimyphagiae: Tum in-
 quit dandos pisces, atque carnem gallinarum, uel ferarum, & agnorum, & haedorum, &
 forbilia plurima cum melle uel lacte: non aduertens lactis & mellis qualitatem in
 corruptionem facile uenire; nunc dat potum paruum, & non post prandium, sed post
 uespertinum

† fabae

υαρκωτικη
 υριναλια.

faciant mictum: Tum post catapotia dari iubet cibo panem ex farina sesami, & sal-
 sum obdulcatum, ne sitim faciat, non discernens tempus drimyphagiae: Tum in-
 quit dandos pisces, atque carnem gallinarum, uel ferarum, & agnorum, & haedorum, &
 forbilia plurima cum melle uel lacte: non aduertens lactis & mellis qualitatem in
 corruptionem facile uenire; nunc dat potum paruum, & non post prandium, sed post
 uespertinum

u espertinu

A uespertinum cibum hoc conuenire dicit, ut etiam similiter memorat Philisti- *Philistionis*
 onis frater: Probat etiam ante alios cibos accipienda aridi fici pinguia duo uel *frater.*
 tria, mox contusa atque oleo tineta. Sed hæc omnino digestionem difficilia iudi-
 cantur. Prohibet præterea lauacrum, uel plurimo temporis interuallo permittit,
 & non designat, quod illud, uel quantum sit tempus. Utitur etiam malagmati-
 bus cataplasmatibus, cum somno cubauerint ægrotantes, non tamen designans
 eos, qui coaceruatam ac uehementem humoris detractionem reprobant, quæ Græ-
 ci cenosin uocant, & propterea etiã paracentesin, quod quidem congrue dictum *λίωσις.*
 superius docuimus. Item tumore in iecore constituto, attestantibus febribus ob *παράκεντισις.*
 tumoris medelam cataplasmatibus utitur ex malis cum uino, constringens ea quæ
 laxamentum poscere uidentur, & à digestionem faciendam ex ficu atque chamælea &
 chamapity utitur cataplasmatibus. Item ad eliciendum quicquam in locis con-
 stitutum utitur diapegano, quod ex ruta conficitur, & nihil de temporibus memo- *Diapeganum.*
 rat adiutoriorum. Asclepiades etiam libro quo de hydropse scripsit paruo humore *Asclepiades.*
 collecto, siue plurimo, necdum tamen pedibus aut cruribus infuso, athletarum
 regulam adhibendam probat, ex plurima deambulatione atque cursu, & refricatio-
 ne retento spiritu. Tunc cibo dandum panem diligenter elaboratum atque exercitum
 cum piscibus natura duris. Ac si inferiores humor occupauerit partes, plurimos
 prohibet motus, & medicamina uentrisflua atque urinaria. Utitur autem paracentesi,
 sed omnino ex angusto atque paruo foramine. In leucophlegmantia uero frica- *λευκοφλεγμω*
 tiones & cataplasmata frigerantia ex malo cydonio, & murra, & uitis anulis, quos *τία.*
 helicas uocant, & malo punico, & lenticula, & herbo, atque pulento ueteri, & alu- *λίπυς.*
 mine, uel ruta, & bulbo, & melle, & origano, & thymo, & nitro, & caricis, & ex
 ueficis illusionem adhibendam probat. Laudat etiam punctiõem quatuor digitis à ta-
 lo distantem faciendam superius ab interiore parte, sicut in phlebotomia seruatur,
 ut per eandem punctiõem humore effuso corpora releuentur: si minus, scarifica-
 tione altiore utendum referens, scilicet uehementiore atque efficaci adiutorio, & ne-
 que declinans uulnerationes, quæ necessarid in huiusmodi passionibus difficiles
 curatione probantur. Socrates Chirurgus omni ex parte diuisuras faciens easdem *Socrates chi-*
 adussit, ex templo corporis ingerens raptum, quem Græci spasmon appellant. *rurgus.*
 Themison secundo libro Tardarum passionum utitur gestatione & defricatione, *Themison.*
 atque exercitio, uel communiter regula exercibili, salibus ac nitro fricans corpus,
 & frigida perfundens: ex quibus non æqualiter adficit: membra quippe cum
 interpositis tribus uel quatuor diebus aqua marina feruenti perfundat. Item iu-
 bet post gestationem tribus uel quatuor cyathis uino mixto ægrotantes potari. In
 ordine, inquit, medicaminum, non designans quem esse uelit ordinem medicaminum,
 aut nutrimenta digestionem difficilia. In uespertino inquit cibo utendum, medi-
 ocri potu, ut nec sitis ægros afficiat, neque plurima liquoris ingestio, sed uinum eligat
 acrioris uirtutis, & neque confusum: Sed temperandi moderationem tacet, ut medi-
 ocri ter quidem dicat quod est improprie dictum: etenim extendit temperandi mo-
 deratio neruos, nocet, & ingerit suum. Prohibet præterea idem uentrisflua medi-
 camina atque urinaria, quæ catartica atque diuretica uocant, & per singulos menses
 ternos radicum ordinat uomitus: Sed erat regulæ medicinali conueniens ad leni-
 mentorum latitudinem, siue spatium uomituum designare quantitatem. Utitur etiam in
 utroque talo scarificatione, ut Asclepiades. In alcite uero initium ex uomitu sumit, *ἀσπίτης*
 quem helleboro faciendum probat: si inquit metuerit quisquam radicum uomitum,
 & est præceps, atque ut ita dixerim, periculosum non medicatum corpus magno ad-
 iutorio discere: Aliam quoque regulam similem dicit ordinandam, sed passionis initio.

neque ungentis tangi, neque fricari uentrē permittit. Ceteras autem corporis partes si multa, inquit, fuerit humoris infusio, defricandas, initium ex uentris finibus augendum curationis modum: sed oportebat ob æquandū corpus totū fricatione curari. Item interpositis quatuor uel quinque diebus aqua calida, & magis marina tribus uel quatuor uasculis foueri: sed neque hoc æqualiter. Item ante unctiōem uritur sinapismo: post singulas gestationes lambendam dicit scillam in electarij uicem: Et si plurima fuerit humoris infusio, utitur paracētesi. Sed primo die, si uires patiuntur, abstinet cibo. Quod si minime ferre potuerint ægrotantes, partem tertiam panis solitæ quantitatis aqua infusam offerendam dicit. Tum alia die articulos ungens, atque ora lauans, simili panis reficit modo, cū pulmento uolantū: ceteris quoque diebus omni æqualitate augens, atque ægros resu-

Thessalus.

Videtur aliquid deesse, ut forte fuisse sit legendum: Utetur etiam emplastris tanquam Apolloniano aut diaeuphorbio.

*λαοτιπυρ-
γοινημωρ.*

D

mens. Thessalus autē secūdo libro Regulari plurima Themisonis similiter probat, sed quinque uel tribus cyathis uini aqua temperati, ante cibum potat ægrotantes, & paracentesin prohibet, * tanquā Apolloniano, aut diaeuphorbiū. Vtile plerique ueteres huic passioni etiam macerinos emplastrum memorāt. Item icesion usque ad quinque dies imposita linquentes laudauerunt. Conuenit recorporationi etiam solis igniti uaporatio. Oportet autē facellum lineū implere sale torrido, & apponere patientibus partibus. Tunc superaspergere aquam balsam calidam, & superimponere cauteris latos, aut ex igne repletū congruæ latitudinis: Sic enim calefacto facello instillans humor, & cum feruore acerrimo decedens, atque artus singulos inuadens, quos Græci poros appellant, laceffendo demutant, recorporatiua sine dubio uirtute: Facit enim tanquā de sinapismo partium ruborē, quem Græci phœnigmon appellant. Prodest denique etiam ex oleo rubor effectus hoc genere farina cōspersa, atque manibus exercitata, quo facilius fiat, erunt partes in passione constitutæ circularim ambiendæ, cuius spatium, siue medium oleo replendum. Tunc cauteris longi atque igniti immittendi, qui quidem cutem tangere minime debent: Hoc faciendum alterna uice, donec oleum calefactum feruorē corpori tradat. Iubendum præterea ægrotanti, ut se immobilem præbeat, cum oleum summo feruore coierit, ne se mutando adurat. Tentandum denique etiam cauteris sine olei motu submittere, atque lauare supposita spongia statim, ne distillatione cauteris uicinæ partes adurantur. Tum cum medicorem senserit æger uisionē, ei uas erit supponendum, uel adiungendum, ut se repente inclinādo unam faciat olei refusionē, ne uicinantia uita pustulentur: Alij caccabuli, uel uasis fictilis fundum perforantes, labia uel ora pertusuræ patientibus locis adfixerunt, supradicto more farina cōspersa circumdantes, sic oleo caccabulum impleuerunt, cætera supradicto ordine gerentes: Alij usque ad uisionem uaporibus igneis usi sunt: Alij diuersis generibus pustulationē locorū faciendam probauerūt, uel extemplo escharas patientibus ingesserunt partibus: aliquando solo sinapi cataplasantes, quo superficies cutis pustulescant. Item sinapi admiscentes glebæ calcis æquis ponderibus & sulphuris partē, atque simul conterentes, paruo oleo & aqua admixta linteolo illita, prostrato alio linteolo tenui eidem parti quam curamus superimponemus illitum, quo sensim atque per triplicem materiā transiens uis medicaminis pustulationē faciat loci. Item non aliter etiam ex cinere salicis hæc facere poterimus: Eius enim corticem inuidentes, atque ex eius cinere puluisculum facientes in umbra siccare sinimus, tunc locis præulceratis adponimus, super distillantes liquefactam calcē, quam uulgo colatam uocant, sed paulatim: cum enim fuerint humectati puluisculi cutis superficiem pustulabunt. Quod si quisquam plurimū perseverauerit, etiam altiora

Colata calx.

καλαμαρι.

CHRONI
 in libro patet...
 adhibere, quam...
 de recepta...
 in primo...
 is omni...
 res...
 ut, ne...
 agulos...
 ut...
 lea...
 plian...
 dicit...
 pates...
 inter...
 quibus...
 in...
 rem...
 appon...
 tum...
 pro...
 q...
 ead...
 zom...
 ad...
 ut...
 l...
 ra...
 d...
 as...
 de...
 cum...
 x...
 ob...
 p...
 u...
 ero...
 e...
 h...
 com...
 Dioc...
 p...
 t...
 fer...
 &...
 c...

A tiora inusta putrescunt, & ut Græci appellant escharam faciunt. Alij denique ex radice herbæ, quam struthium uocant, loca ulcerari præcipiunt: Vt enim radix concepta flamma cuti apposita pustulatione necessario facit. Sed alij hanc uestionem tanquam imbecillem reprobantes cauteribus aiunt faciendam: quos quidem primo tepidos probat apponendos, donec cutis pustuletur, tunc igneos: sed hijs omnibus interiecto spatio trium digitorum loca dicunt inurenda, & esse cauteris semper ad uncos in modum gamma literæ. Sed alij hanc appositionem meruentes anchistris ex utraque parte cutem præterdunt, & inter eos cauteris imponunt, ne ulla uestione nerui tangantur. Alij ligneos fungos interius ac superius angustos formantes patientibus apponunt locis, quos summitate accensos sinunt concremari, donec cinerescant atque sponte decidant: Est enim hæc uestio leni penetratione moderata. Item alij linteolum aqua tingentes partibus simplicatum apponunt. Tunc tabulæ tiliari apponentes struthium herbam concidunt in breues perticulas, ac deinde ferramento igneo singulas partes oleo tingentes accensas imponunt tabulæ scilicet tiliæ, hoc secundo uel tertio facientes per interualla, donec materia carbonescat, atque pustulas cutis efficiat. Item alij, ex quibus sunt Demetrii sectatores, eius partis quæ patitur manum inter pollicem & demonstratiuum digitum, quem Græci lichanon siue dicticon iuxta inferiorem articulum inuolutis inurunt cauteribus: quos quidem nunc nude cuti apponunt, nunc præmissis linteolo oleo tinctos. Modum autem uestionis constituunt, cum in alia manu, hoc est quæ sit contraria parti patienti sudor emergens apparuerit. Tum post supradictas uestiones imperant ulcera reseruata in saniem prouocari. Alij denique statim lana succida eadem contexerunt loca: Alij marrubij coma contrita cum sale uel oliua nigra, aut sesamo infuso, siue nucibus. Tum tertia die lenticula multa, atque mulsio decocta, donec ulceris cadat eschara. Tunc œnomeli aiunt imponendum, uel ea quæ ualeant lacessendo puris exitum prouocare. Item floræ æris cum nigro helleboro apponunt: Et quidem aliqui releuantur interuenientis recorporationis causa. Sed quoniam istiusmodi uestionibus plurima uexatio coniuncta est, erit melius alijs adiutorijs mederi. Ausi sunt præterea quidam etiam Veneræ adhibere, in hijs qui non ex usu uenereo ischjadici facti uidentur, quo magis uexata neruositatis geminet causam. Item alij cantilenas adhibendas probauerunt, ut etiam Philistionis frater idem memorat libro Philistionis frater. XXII de adiutorijs, scribens quendam fistulatore loca dolentia decantasse, quæ cum saltum sumerent palpitando discussio dolore mitescerent. Alij denique hoc adiutorij genus Pithagoram in memorant inuenisse: sed Sorani iudicio uidetur huiusmodi uanitate iactari, qui modulis & cantilena passionis robur excludi posse crediderunt. Item plurimi ex talo atque ancala eiusdem partis quæ fuerit passione possessa uenam diuidentes sanguinem detraxerunt: sed magis partes impletæ grauantur, cum repente uacuata loca in semet materiam fluxum inuitant. Nobilium uero principum Hippocrates libro quo de locis conscripsit, cucurbitam iubet sine scarificatione apponi. Vtitur etiam feruentibus medicaminibus potis, quæ si essent uere congrua passioni, minime tamen ad excludendam uetustatem ualere crederentur. Diocles libro quo de passionibus atque causis & curationibus scripsit, item secundo libro de curationibus, regulam dixit siccam & frigidam & nutribilem ægris conuenire, cum humida atque calida prodesse huic passioni demonstrauerimus. Vtitur etiam urinalibus medicamentis, quæ diuretica appellauit, & probat conditum bibendum, quod plerique Latini mulsium uocant. Vtitur etiam Mulsium conditum. cibo uisceribus asinorum, & clysteribus sanguinem prouocantibus, & uino nunc

L 3 albo,

Cauteres forma r.

αρχισ.

† mydio

Demetrii sectatores.

Digitus

λιχάνων ἢ δικτικόν.

Index.

οὐρίμυλοι

Philistionis frater.

Pythagoras.

ἀγκάλη.

Hippocrates.

Diocles.

Mulsium conditum.

C albo hunc nigro, neq; ordinis, neq; temporū, neq; congruæ qualitatis memor. **Themison.** Itē Themison secundo libro Tardarū passionū in quibusdē peccare perspicit, phlebotomans talum uel ancalen, atq; lanis succidis cum oleo & aceto, & sale statim patientia cōtegēs loca, articulos astringens, & intestina per clysterē exulcerans, & os ipsum quod ischion Græci uocant. Ante hæc omnia & equitare imperat agrotantes, quo magis ob uehementiā motus partiū faciat uexationē. Itē alternis sinapizat diebus, quod est immoderatū, & in omnibus ulcerationē cutis existimat faciendā, qua plurima cōgrua prohibētur adiutoria adhiberi, cū partes ulceratæ apposita tolerare non possint. **Thessalus.** Thessalus uero uaporationē faciendā improbe recusauit: est enim recorporatiuæ uirtutis, neq; initio recte restrictiua probat adhibenda: Etenim ischiadica passio uehementi atque difficili strictura confecta perspicitur.

DE ARTICVLORVM PASSIONE, QVAM GRAECI arthritin uocāt, & de pedū dolore, quē podagrā appellāt. CAP: II.



V Traq; passio à parte corporis quæ patitur nomen accepit: altera cōmuniter ab articulis omnibus, altera specialiter à pedibus. Sed podagrā Græci etiā ab impedimento, uel retentione pedū aiūt nominatā, uel à ferali dolore: siquidē omne quod immite fuerit abusiue agreste uocamus. Earum deniq; passionū discretio promptissima

Agrestia que dicamus.
 ἄγροστρον

atq; manifesta esse perspicitur: Nam podagra pedum tantūmodo dolor est. Arthritis uero etiā cunctorum articulorū, siue multorū, & aliquando à pedibus sumens dolor exordiū ceteros articulos implicauit: aliquando in alijs incipiēs pedes inuasit: Nam quidā medici arthriticam passionē genus uocant, podagricam uero speciē: Etenim quod Græcis hamarthritis recte nuncupatur: siquidē sit in articulis dolor, quāq; in pedibus cōstitutus: arthritis uero nō ilico podagra dici potest: siquidē genua uel manus tenens gonagra aut chiragra, uel tenontagra dici potest, si maiores tenuerit neruos. Sed de hijs nominibus quæ locorū causa discreta uidētur, unius tamē esse uirtutis intelligant, in curationibus certandū nō est: Sunt enim harū passionū antecedētes causæ uariæ, ut uiolentia, frigus profundū, cruditatio, libido uenerea, labor immodicus, uel repētina desertio solitæ exercitationis in ante actem morē: aut rursus non ex infantia, sed secūda & serata ætate affecta, cum mollibus neruis atq; insuetis fuerit illata quassatio. Itē percussio antecedēs ex palastra forti exercitio: Frequentat autē in uiris magis atq; medijs ætatebus: difficile uero in mulieribus atq; in eunuchis, & pueris, & iuuenibus fieri inuenitur. Videtur præterea plurimis antiquis medicis etiam genuino cursu in posteros migrare cum semine, & propterea succedētes inuadere, de qua re principaliter Responsionū docuimus libris. Itē per aliquas probatur frequentare regiones, ut Cariam, & Alexandriā Aegypti uicinā: nec non temporibus certis nati, itē magis asperari uidetur, ut primo uerno, secundo autumno, tertio hyeme, ætate uero difficile. Sequitur autē passione articulari tentatos, torpor, atq; fornicatio eorū articulorū qui tangūtur, & difficilis flexio, atq; rursus extensio. Itē grauedo & uacandi dulcedo, & ad paruū motū uehementis labor, atq; dormiētibus sensus quidā resonantiū articulorū, & cum de somno surrexerint, ueluti saltu earundē partiū afficiūtur. Tum horror uel rigor, atq; tremor sine ulla manifesta ratione partiū sequentur. Dehinc cū passio se extollere cœperit, in uestigio aut plantæ cauitate, uel sæpius à maiore digito, attestante torpore & grauedine, & difficili motu cū horrore rigido, atq; inæquali per mēbra, & aliquādo plurimo feruore, aliquādo frigore: ut alij refrigerantia, alij calida desiderēt agrotantes

Podagra hæreditaria est.
 ἰσχυρὰ ἄγροστρον

Caria.
Alexandria.

CHRONIC
 res. & propter ex glia alter
 nō sit initio, ut in p...
 i. asistente regulare, nullo
 uere. Quamper reliqua
 ritica lumbis passio, com
 ble ex articulo in articulo ue
 des. Sed deniq; prius ar
 in lūm intercente tenuis
 nitus neruis, quos tenora
 ita uero agrotantes. Tunc
 solati laxa tāquam qualitatē
 obliquas partes quæ uertan
 hant. & aliquādo humore p
 pnos, quos nos tractas dice
 dem articulos solam, & cetera
 cor ab hanc uel ententes, quā
 uere potentes, & cetera uentā
 nō tenent longuē, & ai
 uerulis nodulis atq; p...
 Principatū autē hoc p...
 cetera modo contenta, atq;
 uos pari demōstrant. Ellyper
 uodine infansibls, nō ut p...
 uel ut p...
 lo in neruis cōstituta, & hanc
 quæ angustia cōp...
 p...
 quæ cōm...
 ueris, quæ quibuscūq; calicax
 ellyper ueris, & cetera uentā
 p...
 p...
 ad uitate etiā in p...
 bicit: quod dicit dicitur hanc
 atq; ita ueris passiois hanc
 catio adhibēda: & ubi perm
 uesti. Est autē p...
 uo p...
 sensus dicitur, & propterea ca
 Adhibēda etiā ueris hanc
 uel decoctionis frangere, aut h
 ueris tam dicitur in p...
 g...
 g...
 ta adhibēda, atq; ueris cō
 adhibēda ueris ex oleo dicit
 qd Caria ueris uocant, sic m

Antes, & propterea qdam alterā calidā, alterā frigidā podagrā putauerunt nūcu
 pandā. Itē initio, ut saepe contigit, similis color patientiū atq; sanarū uidetur par
 tiū, attestante æqualitate, nullo emergente tumore. Dehinc inflatio partiū fiet cū
 rubore. Quapropter releuatio altiorū saepe sequet̄. Tum peiorāte passione ar
 thritica sufficitur passio, cum in unū omniū cogitur articulorū consensus, & fa
 cile ex articulo in articulū uenit dolor, nec desinēs priusquā cūctos inuaserit no
 dos. Sæpe deniq; prioris articuli dolore declinante secundus inuaditur, atq; eodē
 similiter mitescente tertius sumit exordiū, consentiēte etiā uesica atq; spinæ ma
 ioribus neruis, quos tenontas appellant, & in stomacho etiā nausea uel uomitu
 iactantur ægrotantes. Tunc articuli tumētes inflantur, ac deinde durescunt, & so
 lidati faxeā faciunt qualitātē. Tum etiam nigriores efficiūtur, atq; contorti, ut in
 obliquas partes digiti uertantur, aut reflexi supinētur, aut uicinis adfixi incum
 bant, & aliquādo humore purulēto uel mucilento collecto, aut uiscofo generēt
 poros, quos nos transitus dicere poterimus, dehinc etiā lapides sufficiant, qui q
 dem articulos soluant, & cutē distēdant, atq; erūpentes promineant, & chirurgia
 detrahantur: aut exilientes cyathis, quo ferramētū tollantur, quod nos laureolū
 dicere poterimus, & rursum renascant̄. Tum crura dolentiū partiū cessante nutri
 mēto tenuata languescunt, & arida efficiunt̄. Erunt præterea ægrotantes paruīs
 ex causis mobiles atq; iracūdi, siquidē motū uel actum nō sine querela accipiāt.
 Principaliter autē hæc passio cōstituitur in neruis, uel eorū colligationibus, tum
 cætera morbo consentiūt, atq; cōtiguos uel superpositos lacertos, & maiores ner
 uos pati demōstrant. Est præterea passio nō facilis curatione, & aliquādo magni
 tudine insanabilis, nō ut pleriq; putāt naturā: Causæ autē difficillimæ curationis,
 uel ut saepe cōringit impossibilis, manifesta atq; plurimæ reperiunt̄: est enim pas
 sio in neruis cōstituta q̄ sint natura densissimi, & inter articulorū nodos cōstituti,
 quorū angustia cōprimūt, & ad omnē motū asperant̄ magis in pedibus: hij em̄
 plurimas cōligationes nodorū naturaliter habēt, & totū corpus sustinēdo labo
 rat. Præterea hæc passio initio paruītatis causa negligit̄, & cōtempta cōualescit:
 q̄ppe cū à multis minime credat̄ emergere. Alij deniq; digiti luxati, aliqui pedis
 uersionē, aliq̄ cuiusdā rei calcata, uel offensa duritiā aut feruorē querunt̄: tū ne
 cessitate coacti augmenti tēporibus in cōfessionē ueniūt ægrotātes. Ob hoc igit̄
 passio pseuerare, atq; corpora possidere meditat̄. Non autē minus etiā longorū
 lenimentorū causa, q̄bus recessisse putat̄, cū sanos ægrotātes fingendo p̄mittit,
 adiuuāte etiā intēperantia, qua cū saepe cōcipi passio p̄spicit̄, manere posse nō du
 bitat̄: quod dicā diatriō, si ueter̄ officīū nō agnouerit clyster adhibēdus simplex
 atq; ita totius passionis statu accepto, ut inflata uel tumētia loca uideant̄, scarifi
 catio adhibēda: & ubi permiserint partes cucurbita figēda, uel hirudines admo
 uendæ. Est autē omniū leuior præter cucurbita scarificatio: siquidē nulla quassa
 tio partiū fiet, quæ necessariō cucurbitæ cōiuncta est. Itē hirudinū moribus con
 sensus adiungit̄, & propterea, ut supra dictū est, simplex cōflatio lenius probat̄.
 Adhibēda etiā uaporatio spongiarū, tū aquæ calidæ fomētatio, uel aqua & oleo,
 aut decoctionis foenigræci, aut lini seminis, uel hybisci. Itē cataplasma mitigati
 uum, quod iam dudū minime posse adhiberi uidebat̄: siquidem tumētia pondere
 grauari nō debeāt. Sit igit̄ panis diligētius emollitus solus, aut admixta radice ar
 gallici, qd̄ Græci symphyton uocāt, uel hybisci decocta, uel cuiuscūq; similis uirtu
 tis, q̄rū pbauimus adhibēdas uaporatiōes. Tū cū firma declinatio fuerit cōstitu
 ta adhibēda lauacra, atq; uariūs cibus, & aqua potu dāda, & p̄pter passiōis neq̄tiā
 adhibēda etiā cerotaria ex oleo dulci uel cyprino, aut ex adipe cōfectū medicamē
 qd̄ Græci diasteaton uocant, tūc malagma diachylon uel maseū, aut qd̄ appel
 lant

Ciant diateleos, uel dioxeleon, uel diathalassum, paulatim fortificandum corpus deambulatione liberis calciamento pedibus, & cum cautione aduersant iū rerum, ut ne quid nimis, maxime uini, aut indigestionis, aut Veneris. Arthriticis uero cōuenit etiā digitis ceram emolliendam dare, uel manipulos tenendos, quos palestritæ alteres appellant: tum mouēdos cereos, uel ligneos primo cum paruo plumbo interfuso: tum pro modo profectus grauiores, & in tardate passione superpositionis tempore supradicta seruanda simplicitas curationis. In nimento uero adhibenda fortificatio, tum recorporatio. Sit igitur primo gestatio pro modo uirium, tum deambulatio molli stramine coæquato solo, adiecto uocis exercitio, cū corporis unctione: Etenim uacatio crassificat corpora, adeo etiā & in hijs qui ex alijs forte plurimo tempore iacuerint causis, hac ratione articuli cōmoueantur, cum nerui non exerciti ualidiores efficiuntur. Adhibenda etiam lauacra per interualla dierum, & uariis cibus ex mediæ materiæ qualitate, uinum paruum, lene, & semper post cibum: Tum dropax simplex atq; cōpositus, paroptesis ex igni uel ex sole, atq; pellibus feruefactis, & ex arena litto-
ωρίωνος
ουρησμάτων
ήρα
φουφίσις
ήρασις
Dum aspergines, quas Græci sympasmata uocant, ex nitro & adarce, & euphorbio, & sæpe memoratis speciebus: Tum ungenta & acopa ex squilla confecta, & agresti cucumere: Itē euphorbio & adarce. Dehinc malagma adhibendum, ut est quod appellant diahalon, aut diadaphnidon, aut diadarces, aut diafactes conias, uel quicquā similitium. Item rubor cutis ex sinapi faciendus, quē Græci phœnigmon appellant. Item drimyphagia, & cyclorum regula, & radicū uomitus, & hellebori, & embasis facienda, sicut de ischiadicis scribentes memorauimus: uel fomentatio ex decoctione artemisiæ herbæ, aut marinæ feruentis aquæ, dehinc natatio feruens uel frigida. Item usus adhibendus aquarū naturalium calidarum: tum frigidarū, ut sunt in Italia quæ appellatæ sunt Albulæ, uel Cotilæ, & omnium supradictorū affectanda repetitio: dabit enim curatio alijs integram sanitatē, alijs raram doloris admonitionem, ne iugī superpositione uexentur. Veterum quidam annalia medicamina potanda probauerunt, ut est quod appellant diacentaurion. Item diascordeon bibendum anno continuo iudicantes in hijs qui non plurimo tempore fuerint passione uitati, hoc est intra quinquennij temporis constituti, adijcientes quod bibi debeat medicamentum prædigesto corpore, & omnino nullo obstaculo impedito: Sin minus, repræsentandum numerum dierū, quo integer compleatur annus, quanquā longo tempore porrectus. Secundū nos autem iuxta Sorani iudiciū est metuenda diuturna medicaminis sumptio, cum neq; soliti cibi iuges atq; ijdem utiles recte proficiunt. Sic deniq; legimus quosdam ueteres memorasse ex iugī medicamine potu in celeres, uel acutas uenisse passiones, & alios apoplectos, alios pleureticos, alios peripleumonicos interisse. Item quosdam continua difficultate spirationis affectos, quam Græci dyspnœan uocant. Hij uero qui se isto medicamine profecisse testantur, non aduertunt seruata digestionis causa id fuisse permissum: quippe cum caterarum rerum excessus declinando quidam seruauerint sanitatem, cum interrumpere metuerint sumptionem medicaminis sui: & propterea hijs intentionibus occupati alias sibi nesciuerint profuisse rationes. Item alij unctionem nodorū faciendam probant, quam nos reprobamus: si quidem consensus faciat tumorem. Item alij transeundum ex alijs in alia probant ungenta & cataplasmata, nunc specie, nunc genere differentia, donec ægrotantes releuentur: si quidem alia pro alijs corporibus uideantur conuenire, & propterea doloris mitigatio leuetur. Ordinauerūt deniq; etiam contrarias uirtute materias laxati-
*Medicaminū frequētia re-
 cusanda.*
ήρασις

B ias simul atq; constrictiuas, & recorporatiuas, ut mnaſeum malagma, uel dia-
 chylon. Item è contrarijs uehementius conſtringentia, ut diayteon, & cyziſe-
 nem, & Eraſiſtrion emplaſtrū. Itē ex panici polline, & lini ſemine cataplaſma,
 & ex coliculo agreſti, uel herba erigeronte, & bramite, & mandragora, & alterco
 & lenticula, & citri medio, uel peponis, & origani, uel thymi, aut uua lupinæ,
 aut portulacæ, aut betæ, aut mali punici folijs uiridibus, uel eius caduco, quod
 Latini ambulacium uocant, decocto cum aceto, aut ruta agreſti cum aceto ſin- *Ambulacium,*
 gulari, uel cum ſimplici alica, aut aceti ſedimine, cum apio: aut uitis folia, cum
 ſimplici pulento, uel ex herbi polline, aut fabæ, uel hordei, aut lolij, aut lupini,
 cum fece uini uel aceti, uel ex fico decocto cū aqua & uino cōtrito, donec mel-
 lis ſumat craſſitudinē: Ex quo detractis durioribus partibus imperant coquēda
 rursus reſidua. Item ex papaueris coliculis, quos Græci cocias uocant, uel eorū *κωκία*
 folijs, & malis cydonijs & punicis in uino decoctis, & bulbis cum melle, uel al-
 terci radicē cum ſtorace, uel iaquintio, & marrubij. Item calce melli concoctū, &
 opioſtoraci, & amygdalis amaris cum cyprino oleo, & aceto iugiter coctis par-
 tes ungendas docent, ex diſſimilibus rebus ſine ullo ordine materias admouen-
 tes, inſanabiliter ſimul atq; indocte deſcenſum ab alijs in alias ſpecies faciēdum
 iubent, donec ut æſtimant iudicia reperiātur: ſiquidem ſit pro corporibus alijs
 ex alia ſpecie liberatus. Et eſt hæc experimenti tentatio, quam Græci ſchediaſti *σχεδιαſτι*
 cen piran uocant, quæ non deſtinata paſſionibus adhibeat adiutoria, ſed pro- *πύραν*
 banda. Fit præterea ut acceſſiones tempora percurrant, & ſua ſponte leuigentur,
 atque ita occurrens declinatio, uel paulo proximius lenimentum euentum cu-
 rationis afferat: Quod ſi forte uere profuiſſe putaretur declinationi adhibitum,
 B rursus initijs noxiū neceſſariò comprobatur: ſiquidem non ſuo tempore ui-
 deatur admotū. Alios igitur ex alijs releuatos rebus exiſtimant. Sed hoc tempo-
 rum fieri cauſa reſpondere debemus, quæ corpora urgentius obtinere neceſſe
 eſt: Conueniūt enim in iſtis mediocriter conſtringentia, Augmentis uero atq;
 ſtatu mitigantiæ uel laxantiæ, declinationibus emollientia, lenimētis fortifican-
 tia, atq; recorporatiua: frigida uero uel coercentia, quæ agroſtica uocant, etiam *αγροſτικὰ*
 igne ſacro uexatis admixta congrua efficiuntur. Sed aiunt aliqui nunc quoque
 tanquam laxatiua incenſos, nunc frigerantia releuare. Feruori etenim ex tumo-
 re ueniēti admota eius factū tepefaſta conueniunt, & tunc temperata mitigāt,
 tanquam aquæ feruenti admixta frigida. Sed eſt hoc falſa conſuſione collectū:
 quā Græci ſophiſma uocauerunt: Oportebat enim, quantū ad hanc, ut putant, *σόφημα*
 rationē omni tumori frigidas conuenire materias. Igitur ſecundum paſſiones
 ac tempora nos diſcretas aptamus. Alij uero a copum ex rana rubea in podagri-
 cis admirātur, alij marini uitulī, alij pedes unxerunt ex eius tergo calciamenta fa-
 cientes, alij uiuentē beluam oleo coxerunt, alij lupum, & ſpecialiter unctiōnis
 genus conuenire probauerūt. Multa enim ficta fide ſine ratione creduntur, cum
 forte paſſio non fuerit inſidioſa, & cum corpus tardauerit, non in uno atq; eodē
 tempore perſeuerans. Item plurimi uomitū poſt cibum laudauerunt, ſecundo
 uel tertio per meſes ſingulos adhibendum: ſiquidem & materiā redarguat, &
 indigeſtos eſſe nō ſinat, non aduertētes quod magis uexabilis approbetur, cum
 hoc adhibito gīngiua putreſcant, dentes moueantur, oculi confundantur, & to-
 tum impleatur caput, ſtomachus quoq; grauiter afficiatur, & propterea omnes
 conſentiant nerui. Eſt igitur conueniens magis parua cibatio, atque initium ex
 abſtinentia ciborum ſumendum curationis. Multi autem medicinæ ſcriptores
 purgatiuis & acrioribus pollent clyſteribus, & urinalibus medicamentis, quæ
 diuretica

G diuretica uocauerunt. Sed oportet cauere stomachi uexationē, quæ uarietate facile medicaminū fiet. Item uesicam quæ sit neruosa qualitatis prouocare: tradit enim necessariō uniuerso corpori uexationē per sibi cognatā neruorum qualitatem. Specialiter autē ueterū pertransiēdo errores, uanū puto atq; prolixū quod de podagricis scripserūt, & propterea fastidiosum maxime, cū sufficiat cōmunis

- Diocles.* materialium memoratio. suprascripta, tacitis dominis qui nunc dicent: Diocles libris quos de passionibus atq; causis & curationibus scripsit: Praxagoras tertio libro de morbis: Erasistratus libro quo de podagra scripsit, prohibēs tamen purgatiua adhiberi, quæ catartica uocauerūt, malagma uero Ptolemæo regi promittens, cuius scripturam non edidit: quanquā quidam sibi uisum Erasistrati nomen medicamen. Item Erophili sectatores multi, atq; Asclepiades libris ad Erasistratum scriptis, & Heraclides Tarentinus, & Themison secundo libro Tarentinus. darū passionū aliqua ut methodicus, aliqua ut nō methodicus decurrerit: phlebotomat enim ex pedibus, & nihil approbat, & cataplasmatū qualitates confundit, non discernens cōstrictiuis laxatiua. Quibus respondere quid oportet: cum uinolentia neruos amputet, phlebotomia patientes impleat partes. Theffalus autē secundo libro Regulari, imperfecte quidem, sed consequēter methodicis intentionibus curationem ordinauit.


DE RENALI PASSIONE, QVEM GRAECI NEPHRITIN APPELLANT. CAP: III.

Renaliss passio à patientibus partibus nomen accepit. Est autē intellecta passio tarda renis aut renum: passio, in quā, tarda: siquidem cum insidendi atq; perseveranti querela renalem intelligamus passionē, & non ex nouello atq; recenti tumore, sicuti nec; cuiusquā ossium coxæ, ni fuerit perseverans, ischiada intelligere poterimus.

Item adieci mus renis aut renum, siquidē nunc alterū, nunc utroq; teneat renes tumentes ac duratos, & in saniem sæpe uenientes, & ulceratos, & humore fluentes. Igitur de cunctis purulentationibus uel uomicis communiter secundo dicemus: nunc de exteris supra memoratis scribemus, & primo de tumore. Antecedentes itaq; causæ, quæ renalem faciunt passionē, aliæ manifestæ, ut perfrictio, indigestio, percussus, casus uehemens super clunes, acres cibi plurimi contra consuetudinē, libido ueneræ uehemens, uel urinalia frequentata medicamina, aut uenena, quæ specialiter ipsas afficiāt partes, ut sunt ex catharidis cōfecta. Afficiuntur autē hac passione, iuuenibus magis grauioribus atq; senes, & uiris mulieres, & habitudine plenis tensiores: siquidem sit in hijs grauior, & generaliter curatio difficilis, ob angustiam locorū, quæ passione uexantur, & ob acrimoniam urinae, quæ insuete aliquando renibus immorata in uesicam transit. Sequitur autē patientes, cum adhuc leuis fuerit tumor, dolor leuis, & magis cum prouisi fuerint inclinati secundū clunes circa ilia, alterius aut utriusq; partes, & priorum in clunibus nodorū. Cum autē tumor uehementescere cōperit, dolor etiā plurimus fiet cū grauedine & feruore clunium omnium, atq; iliorū, & pubetenus, uel umbilico cū consensu usq; ad uesicā tendentē, ob tumore urinalium uiarū, quas Graeci ureticos poros appellāt: Quæ quidē à renibus usq; ad uesicā sunt porrectæ, attestante urina tenui & aquata, & ita subalbida, ut colaturæ liquidæ colorem fingat, quam Graeci charopon uocāt, & primo parua, dehinc plurima, aut coaceruatim effusa, quæ nullam faciat releuationem, peiorante tumore in feculentum colorem ueniens, cum iam nimia tensione tenuissimæ uenulae fuerint ruptæ. Item in uini transiens qualitatem uiscosæ crassificationis causa: tum oleosum ueluti adipis qualitatem

πάρος νεφρική
χρόνιος

CHRON
statum simulant cum
nimio lues accidunt, cum
max. accidunt: uentris abf
te. Tum bebendo sequer
flone corpus tenuitas
non ambire cogatur, ne
clunibus supradictorum
in uentris: crassior uero
in modicatione tenuis
lecta, & ad simonim
uicinos qui ex caliditate
sue uidentur, colicos uero
sequuntur: atq; phlebotomia
bus. Item renali uero extemp
uidentur atq; secundo uero
dicitur hanc esse simonim
sue ad uesicam ductor, quibus
dolor ubi eius lentos est
uore uel exortia in renes
pedicula uogubatio. Sed opo
quam sanguinem uentris,
sicut de uena tendentes dem
bus, quæ Graeci symptomata
reales, sed etiam localis conu
uens, quod ea quæ localia sunt
atq; clunibus adhibentur. Illis
uero peritonæo uocant.

DE TARDIO V
BTL

Nobis uocede
cūo, uicis, quæ
uol scabrum ap
uicis, quam lib
tumore uenar
toto gutta atq;
magitudine fastidiosa curatio
maandū. De paralyti igitur su
De colicis uero & uile
rariis cōmunitate demus cu
randa pectus atq; uentri radie
tendit: tum tenor mendicatio
uicis, cū uigi ac frequenti urina
hæsiō fiet cū dolore uolens
etiam per podicē rediant a
agrimipitius exiis urina
xio cōmunitate pedibus sele
uolentibus mictus tribu
nulla in mictu sumu sibi nec

A qualitatem simulans cum renum fluor pinguis acceperit. Dehinc per incrementa etiam febres accedunt, cum consensu iecoris, ut quidam etiam fellis colorem sumant, attestante ventris abstinencia cum tormēto & ructatione inflatione cogente. Tum hebetudo sequetur, & articularum frigus & uomitus: & tardante passione corporis tenuitas nimia, adeo ut quidam uncati permaneant, & semper prona ambulare cogantur, nec unquam se erigere possint. Est praeterea signum declinationis supradictorum in contraria mutatio, ut urina aquata in crassitudinem ueniens: crassior uero uel uiscosa in tenuitatem. Item quae paulatim atque cum mordicatione ferri solebat, sine labore adueniens, & si plurima, mediocris effecta, & ad summū omnia cum naturae solita uel similia fuerint uisa, aiunt alii qui eos qui ex casu uel percussu, aut uehementi libidine fuerint tormenta, irruisse uideantur, colicos uero maior interior, uel uentri uicinarum partium dolor sequatur, atque inde sumat exordium, consentientibus uel compatientibus clunibus. Item renali uitio extemplo difficultas urinae coniuncta sit: Colicis uero per consensum atque secundo concurrat. Haec est similitum passionum discretio. Accidunt haec item similia etiam in urinalibus uis uisio constituto ex renibus, quae usque ad uesicam ducunt, quibus eadem quae supra diximus recte concurrunt, sed dolor uel eius sensus erit inter renes & intestina, & uesicae fundum, nulla inflatione uel extantia in externis renum partibus prominente. Haec est omnis atque perfecta significatio, Sed oportet sanguinis mictu adfectos similiter curari tanquam sanguinem spuētes. Alios uero qui caeteris fuerint passionibus adfecti, sicut de uesica scribentes demonstrabimus, pro suis concursibus uel accidentibus, quae Graeci symptomata uocant, partita curari ratione: Non enim sola generalis, sed etiam specialis eorundem conuenit adiutoriorum curatio, solum differens, quod ea quae localia sunt adiutoria in hijs qui renalibus laborant uisio magis clunibus adhibeantur. Illis uero qui uesicae, pectini, uel pubetenus, quod Graeci peritoneon uocant.

DE TARDIS VESICAE PASSIONI
B V S. CAP: IIII.



N uesica speciales plurimae passiones eueniunt, tumor, collectio, ulcus, durities, phthiriasis, item psoriasis, quam scabiem, uel scabrum appellamus, capillatio, debilitas, paralytis, calculatio, quam lithiasin uocant, sanguinis fluor, siue effusio, quam haemorrhagiam appellant, mictus tarditas aut difficultas, aut intoto guttae aquatiles, quas hydatidas uocant. Sed ne porrecta longitudine fastidiosa curatio uideatur, una praecipione omnia apprehendere festinandū. De paralyti igitur superius docuimus, cum de ea specialiter diceremus. De collectionibus uero & ulceribus secundo dicemus, cum de singulis corporis partibus comunem trademus curationem. Tumēte igitur uesica, sequitur dolor secundū pectinē atque ueretri radicē, & ilia, & clunes, & magis initio ac sine urinae reddendae: tum feruor incendiosus: item pulsus & extantia partis in passione constituta, cum iugis ac frequenti urinae reddendae desiderio, & repentina cessatio, ac rursum egestio fiet cum dolore intolerabili per singulos mictus, ut extantia agrotantes etiam uentū per podicē reddant, aut ipse podex praecadens excludat: & praeterea agrotantibus supinus exitus urinae facilius. Quidam denique necessitate coacti defixio capite super latus pedibus sese locauerunt, ut lapis angusta deferens loca, atque uesicae aditū reperens mictus tribuat facultatē. Mulieres denique etiam digitis immisiss in muliebrem sinum sibi met ipsae hortatione quadam lapidem prouocando dimiserunt.

A articuloꝝ tenaci ligatione: Et si sanguinis fuerit fluor, clunibus prominētius subleuatis, & officio mictus admonente, quantum datur imperandum ægro, ut neq; id retento faciat spiritum, neq; ut quadam uel conatu excludi cogat aliena: Apponenda etiam spongia noua aceto tincta secundum clunes uel umbilicum, ac pubetenus, quod Græci etron appellant, usq; ad ueretri initium, quod iisdem ^{ἕτρον} peritoneon uocant, addita tenaci cum amplexu ligatione: Tum epithemata iisdem locis, atque cucurbita constrictiua: Potus dandus frigidus, paruus cibus: Species de sanguinis fluore & sputo scribentes docuimus. Similiter etiam quæ præbibenda conscripsimus, eiusdem scilicet qualitatis, & sessionem ex uino uehementiori confectam, quam encathisma uocant, in qua sint præcoctæ murtæ bacculæ cum rosis, uel in pusca, aut aceto facta decoctio herbæ talliæ, uel rubi, aut mali punici corticis, & horum similium, uel per ferramentum quod Græci cathetera uocant, iniectio secunda, quæ similiter medendo constringant, acaciæ, ^{ἑκκασίμου} hypocythidis, aut plantaginis succo, uel polygonij herbæ, aut intybi, uel puscæ frigidæ singularis, aut adiuncta thuris drachma una cū æquali pondere hypocythidis, uel gallæ, cū nigro uino, uel talliæ herbæ aqua cœlesti concoctæ: quæ cum fuerit expressa & abiecta, erit aqua coquenda, donec ad mellis ueniat crassitudinem. Mulieribus uero etiam pessaria adhibenda, quæ ad fluorem matricis Responsorum conscripsimus libris, muliebria uitia curantes. Est autem curatione correctior, ac facilis eruptione factus, uel oscitatione sanguinis fluor, uel percussu, aut saltu confectus: Etenim influxio abstinetur, & rupta conglutinantur: difficilis uero correctione ex putredine effectus fluor: Retento enim sanguine, uel abstento ulcus permanebit. Est præterea ex putredine sanguis ater, & male redolens, atque purulentus ex ulcere præfecto, & dolore antecedente, qui putredinis causa aduenisse uideatur. In eruptione autem flauus, & non antecedentibus supradictis, sed excussu uel saltu, aut percussu effectus. Solent præterea sicut in podice uel fœminarum sinu, aut matricis collo etiam in uesica hæmorrhoides generari, quæ fluorem sanguinis præstent, quibusdam interuallis uariatum, quod oportet apprehendere prudentem, cum non coadceruata primo fuerit effusio, sed augmentis quibusdam promota, interiectis defectionibus, ac sæpe retento sanguine doloris pubetenus admonitione cessante cum tensione inguinum, & grauedine clunium, uel renum consensu: & cum sanguis eruperit, supradictorum relatione sequente: siquidem aliquando inflatæ ac tumentes hæmorrhoides difficultatem, uel abstinentiam faciant mictus, quam Græci dysuriam uocant, uel uriam. Hæc sunt quæ de hijs necessariò dicenda credidimus. Declinante autem passione conuenit adhibere cerotaria, ex murtino, uel uiridi oleo, & alumine, cibum uarium dare atq; uinum, ac deinde lauacrum adhibere. Ac si structura fuerit uentris uel uesicæ, conuenit iacere ægrotantē loco mediocriter calido atq; lucido, adhibita abstinentia usq; ad tertium diem cum requie. Item locis in dolore constitutis manuum calidarum cum blando amplexu uaporatio adhibenda, uel pubetenus, ac ueretri initio & clunibus calida linteamina, aut uascula ex aqua calida, uel facelli ex pollinibus calidis, aut uesicæ oleo calido plenæ admouendæ. Ac si uehemens fuerit dolor phlebotomia adhibenda: & partes in passione constitutæ lanis limpidis oleo calido ac dulci infusis contegendæ, ex eo etiam totum corpus ungendum; tum ora fouenda. Adhibenda etiam encathismata ex aqua calida, uel aqua & oleo, aut decoctione laxatiua ex hijs quæ sæpe memorauimus. Tūc cibus dandus sorbilis, & potui aqua calida moderatiōne domināte, & usq; ad declinationē passionis interuallis dierū nutrimenta offerenda,

M

A DE SOMNO VENEREO QVEM GRAECI
onirogonon appellant. CAP: VII.



Er somnos inanibus uisis affecti ægrotantes seminis lapsu ue-
xantur. Nomen autem sumpsit ab accidenti: siquidem effectū
uenericum prouocando perficiat. Sed generaliter neq; illico pas-
sio est, neq; accidens passionis, quod Græci symptoma uocant,
sed est consequens uisis, quam Græci phantasia uocauerunt,
per somnum ægrotantes afficiens, ob desiderium uenericæ uolu-
ptatis, uel iugem atq; continuā libidinē, siue è contrario longam usus dilationē
uel continentia. Sed hoc frequentius accidens in passionē sæpe deueniet. Itemq;
alterius passionis aliquando antecedens fiet, ut epilepsia, furoris, quā Græci ma-
niam uocant, aut cuiusquā similis morbi; quoniā uexationē ostendere probatur,
atq; præmoueri corpus, siue prætangī accessione uentura. Itē aliquando antece-
dens causa supradictæ passionis, quā seminis appellamus lapsum, fuisse probat,
a qua discernitur: siquidem illa passio etiam per diem uigilantibus ægris fluere
faciat semen, nulla phantasia in usum uenericum prouocante. Somnus autē ue-
nereus eo solo tempore quo dormiunt ægrotantes inanibus uisis concubitū fin-
gat. Aliqui etiam aiunt oniroposin ab onirogono discerni: siquidem oniropo-
sis illa sit quæ per somnum cōcubitum fingat, cum operantium sensu, sed sine
seminis iactu. Onirogonos uero usq; ad defectum deducit seminis lapsum. Sed
Milesius nihil inquit supradicta differre: unum est enim, atq; eundem fluorem
dicit esse seminalium uisum. Sed quod inquit nunc exclusio perficitur seminis,
nunc impeditur, quanquam uisa per somnum eadem fingantur, ob alias inquit
irruētes fieri causas, sed non est plurima discretio, nisi intentio adhibenda: quip-
pe cum neq; necessaria comprobetur. Eos igitur qui ratione futuræ accessionis
epilepsia, uel furoris, aut cuiusquam alterius morbi commouētur, ex hijs quæ
suis sunt passionibus tribuenda mitigamus: Eos uero qui specialiter hoc uitio
afficiuntur, tanquam parua gonorrhœa affectos curamus: Supradictorum enim
augmentum in istam cadere passionem facit ægrotantes fluentium seminalium
uisarum, uel paralyti uitiatarum causa. Quapropter conuenit primo ægrotati ab
intentione uenerica uisa mentis auertere, quæ Græci phantasmata uocauerunt,
atq; aliorum applicare intentionibus externis admotis: siquidem facile quæ
uigilantes accipiunt somniorum uisa ad actiua cum hijs motibus exercent æ-
grotantes, & propterea corpus seminis discussione uexetur. Rum stramen-
ta duriora atq; frigerantia procuranda. Iubendi etiam supra latus iacere, cum
se somno dederint, & ante se uel supponenda tenuis ac producta lamina plum-
bea clunibus, uel spongiæ circumdandæ pusca frigida infusa, uel iniijciendo loca
rebus frigida uirtutis ex anterioribus, ut balaustio uel acacia, aut hypocystide,
uel psyllio herba, quæ sunt singularia, uel cum palmulis adhibenda. Cibus etiam
constrictiuus dandus, uel densabilis & frigidus, ut de sanguinis fluore conscri-
psimus. Poto quoq; frigido nutriendi, uel constrictiuis, non quidem curiose cō-
fectis constringendi. Tum adhibenda fortificatio ex communi resumptione, &
facienda consuetudo frigidi lauacri, quod Græci psichrolusian appellant. Loca
etiam in passione constituta forti impressione fricanda: Sunt enim hæc sufficien-
tia constrictionis faciendæ. Aliqui uero conuenire dixerunt etiam micus dila-
tionem tendere, ne frequenti officio causa refricetur. Sed completa uesica se so-
mno ægrotantes dare, quo neq; in altum somnum uenire sinantur, & intercessu
frequenti excitentur, quo uisa uenericæ uoluptatis, quæ somno finguntur, amit-

ὄνιρογόνοσ

φαντασία

ὄνιροπόσισ

Milesius.

τοῖσ ἄλλοισ

φαντασματά

ψυχρολούσιον

Cant, & extenti vesica seminales vias sibi vicinas comprimendo semen retineat. Alij maiorem digitum ligandum atq; constringendum forti filo uel lino iusserunt, quo dolore interueniente altior arceatur somnus: & neq; animorum uisa in ueneream uoluptatem soluantur. Sed erunt haec utraq; a nobis excludenda: Vexant enim uigiliae aegrotantem, & ultra modum urinae retentio difficultatem mictus saepe refecit, ut alterius passionis illatae causa uideat, ut supra docuimus.

DE DEBILITATE SEMINALIUM VIARUM. CAP: VIII.

Milesius.

ούρην.



Milesius debilitatem fieri dixit seminalium uiarum, uel sequi in usu uenero pro semine sanguinis emissionē. Sed hoc commune est etiam hijs qui in osculo uesicae, quam uretan uocant, ulcus habuerint: Et est harū manifesta discretio: In hijs enim qui ulcus habuerint cum mictum fecerint sanguis fluet, attestante mordicatione & dolore, & aliquando egestione corpusculorū

εφελκύδας.

quae ephelcydas Graeci uocauerunt. In hijs autem qui debilitate seminalium uiarum afficiuntur, solo tempore Veneris exercendae sanguis excluditur, attestante iucunditate, nullis corpusculis, & cum mictum faciunt nulla mordicatione uexantur, sed etiam nunc curatio ex supradictis accipienda, ubi uesicam fluentem sanguine curari conscripsimus: Constrictione enim atque densitate fluenta retinentur. Tunc resumptio adhibenda, ac deinde recorporatio, ut saepe memorauimus.

πριπίσμος.

DE PRIAPISMO. CAP: IX.

D

Demetrius Apameus.



Ine ullo dolore uel consensu uertigo ueretri fiet, & appellatur priapismos, sed uocabulum sumpsit a similitudine priaporum, quod ita formentur, ut recto ueretro fingantur. Huius autem passionis meminit Demetrius Apameus libro Signorum: Ait enim semen in semet manu operantem nec quicquam potuisse peragere: tensionem autem fuisse ueretri nimiam cum paruo dolore, ut cornu putaretur, & ita perseuassse multis mensibus. Nullo quoq; adiuutorio medicinali cessasse, ac tarde atq; longo tempore quieuisse: Quo fiet ut a satyriasi discernatur priapismus: siquidem illa celer fit, & non tardet in corpore, fiet sanē cum contractu neruorū, & stimuloso desiderio uenerae uoluptatis: nam intelligitur priapismus paralysis esse seminalium uiarum, atq; aliorum neruorū ad ueretri partes ducentium: quorum contractu aegrotantes afficiuntur. Sed etiam nunc curatio sumenda est ex hijs quae de uesicae strictura longo tempore tardante conscripsimus.

πριπίσμος.

DE VOMICIS SIVE INTERNIS COLLECTIONIBUS, quas Graeci empyemata uocāt. CAP: X

εμπύματα.

σπλάγχνα.

διάφραγμα.

περίτονον.



Lena igitur de hijs tradenda est ratio: Haec enim sunt quae in occultis nata collectiones nuncupantur, ut in splanchnis, ac membrana, quae latera cingit, uel in pulmone, aut discrimine thoracis ac uentris, quod Graeci diaphragma uocant. Item stomacho uel uentre, iecore, liene, intestinis, renibus, uesica, aut mictuali uia, uel matrice, aut peritoneo. Sed de hijs quae in matrice generantur libris quos de muliebribus uitijs conscripsimus Responsum docuimus, de caeteris uero nunc dicemus. Harum igitur aliae solo medicamine curantur, atq;

Marginal notes in a smaller script on the right edge of the page, partially cut off.

A tū, atq; medicinali delectu gubernante usum chirurgiæ non exigunt: si quidem
 sint occultis in locis, & plurimis superpositis mēbris, & sit impossibile atq; illi-
 citū plurimas incidere partes, ne sanguinis pōposus fluor periculum faciat ægro-
 tanti: ut sunt quæ in pulmone generantur, uel diaphragmate intrinsecus, uel in
 ipsa alteriore altitudine, aut in stomacho superius scilicet à diaphragmate, uel in
 uentris fessione, aut intestinis, excepto sine longaonis. Itē in posterioribus uesi-
 cæ, uel in renibus: alia uero accedente chirurgiæ curantur, quoties ad exteriora
 corporis collectionū liquorē erumpendo feruntur, uel magis ab altioribus rece-
 dunt, ut in hypozygo mēbrana, uel diaphragmate forinsecus, atq; stomachi fun- ὀπισθόφυτος.
 do, & uentris circa eius superiorē altitudinē. Item iecore & liene, & longaone ad
 eius exteriora, atq; sphinteri uicina, & uesicæ in anterioribus, uel sub umbilico
 pubetenus, quod Græci etron appellant. Item in uesicæ collo, uel in prima eius ἡ ἴσχυρ.
 parte, quā Græci uretan uocant, & in peritoneo: Cōmuniter autē omnis uom- ὀυμική.
 ca uel collectio, antecedente tumore nimio, generatur deniq; empycis, quos ἰμπαυικαί.
 nos uomicosos appellamus, alij ex pleuretico morbo, alij ex pleumonico in su-
 pradictam passionē deueniunt, sequentibus signis, nunc cōmunibus cuiusdā
 partis in uomicā uenientis, nunc specialibus pro singulis corporis locis. Sed ne
 longa hac oratione extimemus omniū communia simul ordinanda probamus:
 tum singulatim specialia designātes etiā munia adiungemus. Omnibus igitur
 collectionibus generatis, uel cum tumor in liquore uertitur, sequitur febricula
 uehemens, inordinata, & sæpe cū rigore & torpore frigido, uel iniquitate corpo-
 ris. Tunc loci feruor incendiosus, grauedo, tensio: & exceptis quæ in pulmone
 sunt sæpe stimulant dolor, & pultuosus. Tum celer pulsus, atq; humilis, & sæ-
 pe sudor magis capitis, atq; collarū. Dehinc perfecta purulentatione rigor cor-
 poris, atq; tremor circumscribetur, & febriū recedit inquietudo ac dolorū, sed spe-
 cialiter ac proprie in cōmunibus, si in membrana quæ latera circūtegit, hypozy-
 gos appellata fuerit generata collectio, difficultas spirationis sequetur, quā dyl- ὀυμική.
 pncean uocauerunt, sed difficilis iacendi potestas supra contrariū patientiatus,
 hoc est, quod causa nō tangitur, cū sensu quodā interno ueluti pendentū mem-
 brorū, & sæpe cōmotus corporis quasi sonus audit, uelut inclusi atq; collisi hu-
 moris: nam Græci hydatismos appellāt. Sequitur etiā displicentia post acceptū ὀυμική.
 cibū, quā Græci dysarescesin uocant, & plurima tensio medij lateris, aut uertico ὀυμική.
 sainflatio impressioni digitorū cedens ac resurgens. In pulmone uero emergen- ὀυμική.
 te uomica, spirādī plurima difficultas sequetur ægrotantes, tussis uehēmēs, uox
 obtusa uel rauca, & odoris tetri spiratio, thoracis grauedo, & adductio superio-
 rū ad inferiora. Itē grauatō atq; tensio supinatis ægrotantibus, & reuatio seden-
 tibus: deniq; se ipsi sustollunt ad partes lecti superiores, quo leuatiū habeāt ca-
 put. Sequitur etiā cavitās oculorū, genarū rubor, & albedo sub lingua uenarū:
 Et si eruptio tardauerit, inflatio quoq; articularū sequetur, uultus pallor, & ma-
 cies ora deformans. Itē in diaphragmate emergente uomica dolor supra pæcor-
 dia sequitur, penetrans per latera utraq; usq; ad posteriora, & aliquādo inflatio
 uel tensio iuxta finē pectoris, uel sub extremis costis, atq; ossibus ultimis perse-
 uerās usq; ad alia: Et si collectio forinsecus fuerit, sonitus aliquādo humoris in-
 clusi sequetur. Tunc tussicula, & in spirationibus difficultas plurima, ac respira-
 tio longa, & forinsecus spiritu attracto dolor, quod nunq; sequetur eos qui pul-
 monis uomica uexantur: Etenim pleumonici hauriendo magis spiritū releuan- ὀυμική.
 tur. In stomacho autē emergente uomica ructationes tetra, atq; difficultas spira-
 tionis, sed minor ægrotantes sequetur, & aliquando tussicula paruo sine ullo tu-

A tione affectu sunt naturales uix ad supradicta loca ducētes. Alij uero etiā in hijs
 se reptos quz dā uascula demonstrant, anatomica ratione adprehensa, quæ ad
 hæc penetrāt loca. Alij autē uias esse latentes, quas logothoretas appellant, per
 quas limpida, uel purulēta quadam exudatione ferantur. Sed nō oportet de hijs
 plurimū disputare: Sufficit enim ad disciplinā significationis faciendæ manife-
 sta cōprobare. Itē aliqui etiā in singula loca ex alijs factā susceptionē puris, quā
 metalepsin uocauerūt, signis explicare conati sunt: quæ quidē nō necessaria, sed
 frequētia probauerūt. Etenim ad arteriā maiorē, siue gutturis cannā, quā Græci
 bronchon appellant, facta eruptio spirationis ingerit difficultatē, & tussiculam:
 ad stomachū uero nauisā atq; fastidiū, & eersionē, uel uomitū ingerit ægrotan-
 ti. Itē ad intestina, uel uentrē tormentū facit partiū cū inflatione ac uentositate.
 Ad uesicā uero delectationē facit frequēter urinæ reddendæ: Ad inania autē tho-
 racis, atq; inter peritoneon membranā, & uitalia interna nulla sunt antecētia
 eruptionis signa, sed utranq; factā intelligimus, sed pro ægrotantiū motu, uel cō-
 uersione iacendi sonus quidā efficiū uelut inclusi humoris, quē Græci hydatis-
 mon uocauerūt. Præstātius autē, si inter peritoneon atq; intestina id euenerit,
 sequetur etiā prominētia partiū hydropē fingens, cū mordicationibus ac dolo-
 ribus repentinis. Sed si inanis fuerit ruptio thoracis facta superiorū partiū à disci-
 mine, quod Græci diaphragma uocāt, cū difficultate spiratiōis, ac tussiculæ quere-
 la sequetur. Sin uero in regione, quæ intestinis atq; peritoneo interiacet, fuerit fa-
 cta, inferiorū partiū querela sequetur cum intestinorū tormento: nouitate enim
 repentinæ effusionis acriorū humorū, atq; corrupti puris edacitate ea quæ natu-
 rali habitu custodia manebunt, uitalia uehementissime uexabānt. Præterea re-
 pentina, atq; coadceruata ruptio fit, aliquādo paulatim, tenuatis primo uomicæ
 tegminibus, ut præliquatum, atq; paruum liquorem mittant, quod apprehēdi-
 mus, quum tussicula desuerit esse sicca, atq; sputa pollui admixtione puris uide-
 rimus: uel in egestionibus uentris quicquā saniosi liquoris fuerit repertum, uel
 in egestionibus urinæ sedimena purulenta fuerint inuenta. Sed post supradictas
 eruptiones, si omnis fuerit facta liquoris effusio, febres illico soluantur, atq; loci
 prominentia reflatur, & grauedo circumscribitur. Sin uero ex parte fuerit effusa
 collectio, quod fiet debilitate ægrotantis, aut crassitudine liquidorū, aut non in
 fundo uomica osculatione suffecta, sed è lateribus, aut supernis partibus paula-
 tim liquidam inuenturū: Sed erit approbanda significatio non in fundo factæ ru-
 ptionis, cum inter aliquos dies repleta uomica siue eruptio tensionē rursum atq;
 grauedinem cum febre mouerit ægrotanti. Tunc post effusionē supe-
 flui liquo-
 ris omnia leuigantur, ac similiter per interualla dierum easdem difficultates re-
 præsentet. Communiter autem omnium eruptionū tutior est comparatione cæ-
 terarum illa quæ in uesicam uenerit, atq; mictuales uias: Etenim naturaliter cre-
 duntur hæc partes in gem acrimoniam liquidorum excipere ac reddere. Quapro-
 pter neq; nunc ulla nouitate facile uexari posse uidentur, cum in se aliena atque
 acriora susceperint, quæ eruptione uomicæ descendunt. Dehinc quod naturali
 urinæ commixta purulenta, quæ collatione corrupta uidentur obtusa mite-
 scunt: ultimo quod neque coadceruatam, sed paulatim redditam ac requiescen-
 tem sumant egestionem urinæ per exitum tractum. Item facilitate secunda est
 quæ ad intestina ruperit: hæc enim quoque creduntur transitum stercorum su-
 stinere, sed ad primā minus tuta iudicatur: siquidē possit coadceruatæ effusionis
 causa per podicem ægrotanti defectionem facere, & propterea mortem. Tertia
 est, quæ ad matricem ruperit, & magis in hijs quæ iam naturali lege purgantur:

ἀνετομικῶν
 Vix
 λογοθεορητικῶν
 μυστήριον
 ὑδατισμόν
 ὄσφρητον

Arioribus à diaphragmate partibus collectio fuerit generata: Cauenda etenim supina iacendi positio: siquidem extensa arteria angustetur, quo & magna difficultas spirationis fiat, & minima liquidorū exclusio perficiatur. Sed si hijs adhibitis collectionis non prouenerit eruptio, oportebit uehementioribus eam prouocare, ne humor inclusus plurima tardando membra corrumpat. Quapropter præpotandi sunt ægri decoctione fici, uel hyssopi, ac rutæ, & origani, & tragorigani, & thymi, uel satyreæ, aut absinthij, uel centaureæ, aut marrubij, aut semine radicum, aut sinapi, aut nasturtij cum melle, quorum aliqua etiã uiridia erunt mandenda. Item medicamen quod appellatur dia trion pipereon potu dandū, uel dia scordeon, aut zopirium: Multi tamen etiã hieram dandam probauerunt, & magis illam quæ appellatur diacolocyntidos. Adiuuat quoq; eruptionis celeritatem sternutatio adhibita, & aliquibus etiã excreatus quidam hinnitus iugiter affectatus. Ac si neq; ita eruptio fuerit cōsecuta, erit ieiunus, uel dato potu, aut radicibus comestis uomitus adhibendus. Aliqui uero in hijs quæ superioribus à diaphragmate partibus uexantur fumationes adhibuerunt: tardante eruptione, hyssopum uel thymum, aut origanū incendentes, uel sulphur, & sandaraca, aut aloë, uel storace impositis igni ægros hiscere iusserunt, & raptu quodam potili nidorem transuorare. Tunc dandum uel tymminum probant per diem bis uel ter: simile enim inquitur curationis genus chirurgiæ: Sed uehementer caput grauat implendo. Ac si in intestinis fuerit collectio, erunt per dysterem injicienda ea quæ præbibenda nuper ordinauimus. Tum eruptione facta speculandum, utrum per partes, atq; deposito liquida excludantur: an uero coaceruata, aut omnino difficulter & paulatim. Sed si partim, & nullis obstantibus excludi uiderimus, erit à cibo abstinendus ægrotus, uiribus permittentibus. Tum alia die adhibita corporis unctione præpotandus hijs quæ supra memorauimus, cibus quoq; adiuuare collectionem, quo omnia liquida detrahantur, dato mulso, uel solo melle bibendo, cum resina terebinthina, aut butyro non ueteri. Tum sorbilem dabimus succum ex alica uel pitana melle admixto. Item porros coctos cum oleo atq; garo & pitana. Tum etiã ex tritico pitana confecta, aut cum protropo uino, aut squillitico: item lac cum mulso. Et si eruptio liquidorum ad mictuales uias peruenerit, erunt adiungenda supradictis etiã mictualia medicamina quæ urinã prouocent, à Græcis diuretica appellata, ut asparagi, olus atrij, lactuæ nunc coctæ, nunc incoctæ. Item radices & sorbilia, lacte quoq; confecta. Sin uero ad intestina eruptio peruenerit, quo per podicem exitum habeat, cum supradictis communiter erunt adhibenda quæ uentris officium non dentent, neq; plurimū laxent: Quapropter mictualibus prohibiti cibo ordinauimus maluam dandam, betas, cauliculos, cucurbitas. Sed si coaceruatim, ac nimis liquida ferri uiderimus, erit abstinentia recusanda: Dandū mulsum potu sufficienter decoctum, & plurima sitis ægrotantibus indigenda. Dandus præterea cibus qui uentris teneat officium, ut oryzae succus sorbilis, aut lenticulæ. Item pisces duri corporis, quos sclerosarcos Græci uocauerunt, & uolantum sicciora, & potu aqua imbrialis offerenda, quam uulgo cisterninã uocant, calida. Item medicamina quæ ad humectam tussiculam conscripta sunt. Tum uinū mediocriter asperū. Sin uero difficulter atq; paulatim liquida fuerint exclusa, erit inquirenda causa, utrum ne ob debilitatē ægrotantis id euenerit, quo minime ualeat excludere aliena: an uero ob crassitiem liquidorum, uel ob eruptionē non in febris factā, uel in fundo collectionis: Etenim si ob debilitatē ægrotantis id aduerterimus fieri, erunt subleuandæ uires per resumptionem. Si autem ob crassi-

δια τριών πικ-
ραίων.
ήρα διακολο-
κύντιδος.

Mictualia
διουρητικά.

Pisces
σκληροσάρκοι.

A multitudo carnis, quæ in pinguem prominentiã erigatur cum tardo motu, atq; grauatione, & debilitate, & ex paruo gressu anhelatione ac sudore, ut suo se corpore præfocari sentiãt ægrotantes, quo neq; leuia ferre ualeant uestimenta. Multigitur medicorum atq; aliptarum salutaribus præceptis adiungendam diligentiam detrahendæ carnis putauerunt, intuentes cœnoteta, quam epidofin uel euexian uocant, hoc est, habitudinis augmentũ: sed hoc à Sorano repulsum. Nos igitur solam habitudinẽ intelligimus, quæ fuerit cum modica carne fortitudo, & seruanda magis quàm repellenda. Polyfarcia uero, quam nunc passionẽ dicimus, recte cachexian nuncupamus, quæ multis accidentibus denuntiet periculum: Etenim quæ sequetur animalia nutrimento dedita, uel custodia reseruat, ut flato atq; extento & prominenti corpore uideantur: hæc eadem cuncta patientes sequetur; Similiter accidentia corporibus ulceratis, quibus uana caro cõ crescit, uel eorum labijs quæ fuerit acie circuncisa renascantur. Sed istius passionis duplex traditur differentia curationis; Alia quæ cohibeat fieri plurimum corporis nutrimentũ; quæ quidẽ ponitur in gestatione celeri, & cibis non multũ nutritilibus, ac moderatis, ne plura corpus quàm infumit accipiat: alia quæ cyclica regula atq; operosa recorporatione formetur demutandi corporis causa. Sed ut docilis sermo, ac manifesta tradatur præceptio, partium erit memorãda curatio. Conuenit igitur corpus exercere gestatione plurima ac perseveranti, animalium iugo, uel curriculi motu, & equitatione ac nauicula. Item lectione & uocis exercitio uehementi, uel meditatione modulationis agonistica, & celeri gressu, quo magis labor furarum fiat. Item cursu, atq; sicca fricatione manibus puris, uel aspero linTEAMINE, & arenæ aspergine. Tum uolutatio in palæstra uaria, quam Græci celadian, atq; choricomachian uocauerunt, quæ sunt specialiter ab ipsius artis præceptoribus imperanda. Tum hoplomachia, hoc est armorum ficta confrixio. Item alienis laboribus exerciti, hoc est colluctantium, uel coexercitium, quam Græci haterocopian uel trachelismon uocant, atq; longo uel raptorio machinamento, quod macron sparton uocauerunt. Item Italica sphaera, & luctatione celeri, & dura atq; multa uel sicca fricatione: Etenim oleo labentibus manibus fortitudo soluetur exercitij. Conuenit etiam sole corpora torrere, quod Græci heliosin uocant: tum paroptesi ex flamma, uel carbonibus, & siccis uaporationibus prouocatur sudor: & nunc feruentia lauacra, quæ plurimum detrahant, nunc frigida, quæ corpus in densitatem cogant: deniq; psychrolutarũ corpora densa, ac ueluti testea sentiuntur. Conuenit etiam arenæ littorariæ adhibendas feruor: Tum natatione maritima, uel aquarum naturali uirtute medentiũ, & in lauacris sudore perfectõ asperginem salis adhibere: qua sæpe condita caro animalium ciborũ uoluntati sicca seruat, atq; densior, nec collecta marcescit. Tum fricamentũ adhibendum, quod Græci zegma uocant, ex nitro tuso, atque in puluerẽ redactõ, & post lauacrum longa cibi dilatio, uel potus: Tunc enim appetitio minima marcescit, & eius acies temporis obtunditur dilatione, cum etiam digestionis parata proteruitas detractõ fomite languescit. Erit præterea potus semper ante cibum prohibendus, uel in toto paruus dandus, & magis cum cibi sumuntur: Etenim immisso liquore plurimo fluidantur accepta, atq; caro mollitur, & digestionem facile solidiora propriantur. Sed si plurimũ quisquã sitierit, paruũ dabimus mediocriter asperum. Pulmentũ uero alicam, amyllum, lac, nucleos, cerebrum, oua: pisces autem teneros, uel pinguia quæq; reprobamus: Panem dabimus frigidum, fermentatum, autopyrum: est enim minus nutriens: & magis, si fuerit ueteratus. Specialiter autem siccus probandus est cibus.

ἀλιπται.
εὐεξίαν.
ἐπιδοσίαν.
εὐεξίαν.
ΣΟΡΑΝΟΥ.

Modulatio
ἀγωνιστικῆ.

εὐκαδία.
χορικομαχία.
ὀπλομαχία.

ἀντεροπασίαν
τραχηλισμόν.
μακροὶ ἀσκήσεις.

Italica
σφαίρα.
ἡλίωσις.
ψυχρότησις.

ψυχρολύται.

ζέγμα.

Pants
κίτωναρες.

Item

C Item pulmento danda sunt olera & pisces durioris naturæ, uel autem sicciora, uel agrestium, ut leporis, capræ, porcina ex deposito, hoc est, longo tempore sale siccata. Conuenit præterea unum cibum sumere, & post sumptionem plurimum uigilare: In requie quidem, quo multa corpus exhalatione insumatur uigilando: additur enim plurimum somno: denique dormientium corpus ualidius fiet: *Somnus sagi-* Potus dandus frigidus: & perseverante carnis multitudine erunt initia cycli adsumenda, nunc ab omni abstinentia, nunc à paruo cibo & aqua, nunc augmenta ordine regulari. Item à ieiuno uomitu sumendum est initium, uel ex radicibus: Tunc ad drimyphagian ueniendum, ac mediæ qualitatis materiam. Tunc uolantum atque agrestium: quæ quidem erunt celeranda per dies minoris breuitatis, quo urgentius initia repetantur: & in oleribus erunt urinalia prouidenda, ut asparagus, pastinaca, apium, feniculus, daucus, porri capitati, & horum similia: sic enim communia seruantes corpus ualebimus demutare. Accidentium quoque coniecturam facientes, quo eliminatio carnis atque diductio procedat. Aliqui medici phlebotomiam probant, atque purgatiua medicamina, quæ catartica appellant, & clysterem, & post lauacrum illico Venerem adhibendam ante cibum, atque ipsa die paruam nutrimentum, potu aquam dandam. Item uomitum post uespertinum uinum. Alij quoque ueluti passioni contrariam corporis expansionem ex thalamo fieri probauerunt, & appellant antipalon. Itemque nocturni oris auram ante solis ortum bibendam. Sed horum deliratio manifestis proditur rebus: Nam phlebotomia uires depurgatæ uexantur, & corpora pallefcunt: nam Græci racosin uocant. Item purgatiuis medicaminibus ex clysteribus, cum supra dictis etiam liquida corrumpantur, cum alius habitus corporis fiat: nam Græci cachexian uocant. Veneris uero usus effæminat membra, atque fortitudinem tollit. Item aliquibus bis in die ordinatum lauacrum, & somnum prius quam cibum sumatur: quod quidam uoluerunt: crassificat enim somnus, non tenuat corpora. Item uomitus post cibum: uires enim tollunt: & quanquam corpori detrahant carnem, implent tamen necessariò caput, atque sensuales uias uexant, & gingiuas in putredinem mittunt, atque os odore foetant, retro stomachum limant, & ipsum hominem sibi met faciunt displicere: nam Græci dysarescesin uocant, cum inæqualitate febribus uicina. Est & improprium, atque praua ratione æstimatum, ob corruptionem paruorum maiores corporis uexationes inferre. Sed si forte uinorum fuerit excessa moderatio, tunc erit uomitus adhibendus: eius enim uexatione maior est immodicæ sumptionis grauatio. Item præ cæteris uehemens, & maior quam ut oportet animi officijs siue curis applicatio: Videmus ob has causas etiam studium corpora fieri tenuiora, limatione quadam animi iugium cogitationum atque disputationum. Eorum uero qui segni ac pigro ductu uitam trahunt, solidiora atque pleniora fieri corpora, ob contrariam rationem. Hijs de superflua carne conscriptis, omnium tardarum passionum curationes explicauimus, intentione neglecta.

CAELII AVRELIANI SICCENSIS CHRONION LIBRI QUINTI ET VLTIMI FINIS.

D. ORIBASII

Somnus sagi-
nat.

καταρτική.

αντιπαλον.

καχexia.
Veneris effæ-
minat.

δυσarescesis.

Literis uacantes macri sunt



D. OR
DIANI, II
LIBR



R non una requies indubis imbutus. Vnde perior
Dioscori & Apollonio
que per agros inueniri poss
nos trahimus, & in hoc cap
pungentibus pergerunt
in uitis uel anacardis uent
Cantabro uocant, & in uere
per uentum adhiberi possunt
uicibus habent uires. Si que
naturam ex dectus ungu
quando singulari cur
rara pallore. T
facilis uires
que ad in
exped
de